RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

# De Scientia Falso Sic Nominata ex I. Tim. VI. v. 20. quoad ultima Dn. Charitini dubia

Rostochii: Typis Joh. Wepplingii, [1722]

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406319**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

RU theol. 29.Apr.1722
Weidener, Joh. Joach.
1c

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406319/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003406319/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406319/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003406319/phys_0004
DFG

32.

25

# DE SCIENTIA FALSO SIC NOMINATA

*ex 1. Tim. VI. v. 20.*

quoad ultima

DN. CHARITINI dubia,

*NUMINIS ALMI BENIGNISSIMO AUXILIO,*

& S. R. Th. Fac. Conſenſu

PRÆSIDE

*VIRO Magnifico, Summe Reverendo Ampliſſimo atque Excellentiſſimo,*

**DN. JO. JOACHIM WEIDENERO,**

SS. Theol. D. & Prof. P. O. Celeberrimo, Facult. Theol. Seniore meritiſſimo, & ad Ædem Div. Mar. Paſtore vigilantiſſimo.

*PATRONO, Evergeta, Studiorumque ſuorum Promotore filiali obſervantia ad ultimum usque halitum colendo, devenerando*

ANNO MDCCXXII. D. XXIX. APRIL. 1722

IN AUDITORIO MAXIMO

& horis conſvetis, publice diſputabit

**JO. CHRISTOPH. KEDING,**

Philoſoph. & S S. Theol. Cultor, Salino-Megapol.

Roſtochii, Typis Joh. Wepplingii, SEREN. PRINC. & *ACAD.* Typogr.

Universitäts-Bibliothek Rostock

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406319/phys_0005 DFG

# PROSPECTUS

§. I. AD Judicia reliqua Magiæ redit, &; de querula voce: *Actum eſt de me!* peculiariter agit.

§. *II.* De *non fuſis* in equuleo *lacrymis*,

§. *III.* De *abſentia nocturna* ſagæ,

§. *IV.* De *Schedula humano ſanguine* ſcripta, diſquirit. Deinde

§. *V.* Relictis aliis, ut non omne indicium *illuſorium* eſſe confirmat ita adverſus *dubia contra Conſtitutionem Criminalem*, monita generalia adfert &

§. *VI.* Ea quæ indiciis peculiaribus in *Conſtitutione Carolina* adſcripta, ex *Carpzovio* explicat, ſpeciatim quoque

§. *VII.* Quoad indicium *primum* de *ſpiritu familiari*, & de *Judicis prudentia* ratiocinatur.

§. *VIII.* Quoad indicium *ſecundum*, de vero *controverſia* ſtatu agit, ac

§. *IX.* Quoad indicium *tertium*, de commercio cum diabolo *ſingulari*, & quoad *quartum* de *inſolitis* & ultra humanas vires adſcendentibus ex *Seckendorffio* inſtituere incipit, Cujus &

§. *X.* Ulterior deductio adducitur.

§. XI. Sectionem *ultimam* conſiderare inchoat & operationes diabolicas communit ex *Schelhammero*, cujus explicationem uberiorem adjicit

§. XII. XIII. & tunc denique

§. *XIV.* *miſeriam præſentis ſeculi* deplorat ac

§. *XV.* Miniſtrorum Eccleſiæ *circumſpectam curam ac prudentiam* urget, ſic vero denique ex *Belio* tractationem omnem abſolvit.

§. I.

SEd redeundum eſt illuc, unde divertimus, & poſtquam ex hactenus recenſitis, exemplum conſpicuum venit Scientiæ falſo ſic dictæ, tunc DN. CHARITINO etiam ſuppeditabitur inde plenior connexio eorum, quæ in controverſiis cum DN. SPENERO & DN. FABRICIO diſputata ſunt, imo peculiariter Is ipſe, de quo firmiter per-

ſuademur, nunc cognoſcere incipiet, ad quæ ſæpius fervor concertationum multos abripiat? Annon etenim ſumma diſputationis *Charitiniana* hactenus fuit hæc: *Spiritus non poſſunt aſſumere corpora, aut in iis ullo modo operari*: Quid fiet ergo prolixioribus velitationibus, adverſus quas conflare coacti ſunt plures, dum *Dn.* CHARITINUS ex FABRICIO & SPENERO ipſe concedere, quin probare molitur: Es iſt allerdings an dem/ daß alle Erſcheinungen der Geiſter nicht gleich zu der Claſſe der böſen gehören. Certe ſi vera ſunt, quæ DN. CHARITINUS urget, daß ſo wohl gute als böſe Engel erſcheinen können/ quomodo id tum aliter, quam in aſſumptis corporibus fieri poteſt? Conf. CLODII, *Angelum in aſſumpto corpore*. Aſt his immorari amplius non licet, velut alias ultro conſentio Conſultiſſimo huic Viro, quando § 28. indicium Magiæ nullum deſumi poſſe retur, *ex Phyſiognomia & lineamentis facierum, oculorum demiſſione, pupillarum monſtroſa forma* & aliis; nec juxta § 29. ex *odore tetro*, quo tamen quod laborent adhuc plures minimum inter Judæos, non inficiabitur, qui commercium cum verpis his inſtituit, quamvis & ad delendum eundem non indigeant ſangvine Chriſtianorum, quod WAGENSEILIUS ſolide divellit, non inanem tamen per omnia eſſe metum τῶν Tekuphoth inter iſtos, ante aliquot annos dilucida explicatione probavit DN. P. W. HIRSCH, in der Entdeckung der *Tekuphoth*. Conf. alias in genere Dn. EJSENMENGER/ in dem entdeckten Judenthum/ *Part. II. Cap. III. pag.* 220. *ſ.* Opinetur & porro §. 30. Dn. CHARITINUS, paululum majus indicium ſuppeditare *confeſſionem eorum, qui magiæ cauſa captivati fuerunt, quando confeſſione extrajudiciali & querula voce ingeminarunt*: *Actum eſt de me*! Es iſt geſchehen üm mich! ut tamen re ipſa nihil valeat: nobis contra de judicio rite adornato & ſecundum acta & proba-

ta

ta ſincere ac integre inſtituto, ſi cauſa foret ad ſemiplenam probationem redacta, & accederent iſtiusmodi querulæ exclamationes, vel inde argumentum exoriri poſſe ſatis prægnans, multo jure videtur. & Dn. JEREM. DYEKE im guten Gewiſſen *Cap. III. p.* 25. bene ſcripſit: Solche zunglose und lahmzüngige Gewiſſen gehen für gut/ und werden für auffrecht gehalten; aber die Zeit wird kommen/ daß die Menſchen dieſen ihren Gewiſſens-Frieden werden vermaledeyen/ weil derſelbe ſie ſo ſanfft und ſchön zur Höllen gebracht hat. Die Meß wird für einen herrlichen GOttes-Dienſt gehalten/ weil Miſſa non mordet, das iſt/ die Meſſe nicht beiſſet/ ſie iſt eine ehrliche zähnloſe Andacht und Gottesdienſt/ die den Zuhörern keinen Schmertzen machet/ keinen Riß in ihr Fleiſch thut. So ſind auch viele/ die ein Meß-Gewiſſen haben/ Zähn und zungenloſe Gewiſſen/ aber die Zeit wird kommen/ daß gleichwie die Meß-Händler ihre zähnloſe Meſſen werden verfluchen; alſo auch die unverſtändige unwiſſende Menſchen/ die ſich itzo ihres ruhigen Gewiſſens rühmen/ werden ihre Freude und Ruhe verfluchen; Ja/ ſie werden mit ihren Zähnen kirſchen und klappen/ weil ſie ihre Gewiſſen nicht gebiſſen; und ſie werden ihre Zungen zerbeiſſen und nagen für Angſt des Hertzens/ weil ihre Gewiſſen keine Zungen haben gehabt/ ſie von ihren gottloſen gefährlichen Wegen/ Leben und Wandel abzumahnen und zurück zu halten/ welche ſie nun in einen ſo elenden und böſen Zuſtand geſetzet haben. Conf. *Dn.* ROBERT HARRIS. Paulus und Judas/ *ex edit, Salbachiana p.* 14. *ſ.* Cauſæ interim noſtræ non officiet exceptio *Dn.* CHARITINI, §. 30. Wie ich denn vor die 36. Exempel/ ſo der ſeel. Herr Carpzovius in ſeiner Praxi Criminali p. 1. qu. 50. in fine angehänget/ und aus unzählig andern/ / als die unläugbahreſten ohne zweiffel ausgeſuchet/ nicht eben die

Guarantie auff mich nehmen möchte / daß alles dasjenige wahr / was in den Bekändtniſſen ſtehet / und würcklich ſo paſſiret ſey; Dummodo potiora demum & illa ſint vera, quæ probant commercium diaboli cum hominibus; quod quidem nunquam negavit *Dn. Fridericus* SPEE, *Societatis Jeſu Preſbyter* & verus Autor *Cautionis Criminalis, de proceſſu contra ſagas*, Conf. *Dn.* PLACCIUS, in *Theatro Anonymorum, num.* 980. *p.* 133. /. ut modo in laudabili iſto libro, adverſus malos practicos maſcule decertaverit, cujus rei cauſa conſentientes accepit omnes pios ac honeſtos Viros, quibus tamen ne per ſomnium obvenit, ut aſſerere ſint moliti cum Amicis Dn. Charitini, omne commercium cum diabolo omnemque operationem mali dæmonis cum ſagis & veneficis eſſe nugatoriam.

§. II. Durante porro proceſſu ſagarum Dn. CHARITINUS §. 31. indicium Magiæ habitum, denunciat, ſi Perſona inquiſita *in equuleo lacrymas fundere non poſſit*, ex SPRENGERO & formulam adjurationis, qua uſus eſt is ipſe, inculpat, ut BODINI ſpecificam ſimul deſcriptionem, quod puta nulla ſaga in equuleo flere poſſit, *niſi forte ex dextro oculo tres guttæ erumpant*, arguat, & ZIERITZIO huic caſui applaudenti, ex MAURITIO opponatur: Tum vero adverſus illuſtris & piæ memoriæ Virum, DN. CARPZOVIUM, odium ſuum denuo expromit, adjiciens: Daß Carpzovius *p.* I. *qu.* 49. *n.* 63. nicht allein dieſes ſo auffs Papier hinſchreibet / ſondern auch den Godelmannum, ſo doch viel zu verſtändig dazu iſt / als einen Conſentientem allegiret / iſt ebenfals verwunderungs würdig und beſtätiget das Sprüch-Wort: daß auch gelahrte Leute fehlen können. Quod autem in eo fruſtra laceſſita ſit fama Carpzoviana, ipſa ocularis loci exhibiti iterum evincit inſpectio, quid enim honeſte magis expeti potuit â Carpzovio, quam

ut

ut ſcriberet: num. 62. l. c. *Ex quibus præſumptionibus & indiciis certitudo maleficii colligi queat, certo definiri nequit, ſed prudentis judicis arbitrio res tota committenda eſt*; & dum inter varia indicia, quæ crimen maleficii probabiliter docere poſſunt, illud etiam nude recenſet, ſi flere & lacrymari non poſſit ſaga, eodem modo ut GODELMANNUS fecit, & ex iisdem autoribus, CHIRLANDO ſcilicet & BODINO, in quo igitur deliquit? id ſolum refert, quod Godelmannus hoc indicium recenſuerit, ut vere recenſuit, nec unquam vel per literam declaravit, Godelmannum id habere indicium apodicticum, cujus opinati nec ipſe Carpzovius convincetur. Interea, quando *Dominus* CHARITINUS decidit: Es iſt dieſes angegebene indicium trieglich/ wenn man nur bloß conſideriret, woher die Thränen ihren Uhrſprung haben. Aus der Phyſic und Anatomie iſt bekandt/ daß die Thränen eine Feuchtigkeit ſeyn/ ſo aus den Canalen und Behältniſſen des Gehirns/ in die Augenwinckel flieſſen/ welches bey Leuten/ die ein warmes und feuchtes Gehirn haben/ gar leicht/ von denen aber ſo kalter oder truckener Natur ſeyn/ wie Cholerici und Melancholici, ſelten geſchiehet; Was iſt es den Wunder/ daß bey dieſer Art Leute/ wenn ſelbige gefoltert werden/ keine Thränen vergoſſen werden. Iſt dieſes nicht augenſcheinlich natürlichen Uhrſachen zuzuſchreiben/ welches aus dieſen Fundament DELRIO. *Diſquiſ. Mag. Lib.* 5. *Sect.* 4. ſelbſt erkennet/ und OLDEKOP. *in Obſervat. Crim. Contr. Carpzov. Tit.* 4. *Obſervat.* 14. weiter deduciret: tunc cum recentioribus & acutiſſimis Medicis non conſpirat, neque illi cum ipſo conſentiunt. Novi equidem, HIPPOCRATEM, *Lib. IV. Aphoriſmorum, numero LII.*, docuiſſe: *Quibuscunque per febres, vel alios quosvis morbos, oculi ſponte ac prælectione illachrymant, nihil abſurdi eſt. Quibus vero (per ſe illachrymant) non à prælectione, longius à ſe abſunt;*

*abſunt*; *& bene ad* eadem HEURNIUS commentatur, quod *reſolutio canthorum indicium ſit reſoluti cerebri*, unde etiam *Dn. Caſparus* HOFFMANNUS, *Inſtit. Med. Lib. II. Cap. XLVI. §. 2.* ſpurias has dixit lacrymas, quæ â cerebro adhuc viventium delabuntur; Quinimo *Georgium* VONGERT probum adoleſcentem, dum poſt mortem, priusquam terræ inferebatur corpus, per totum diem & dimidium lacrymavit, humiditatem ex angulis oculorum ſtillaſſe non ſunt inficiati ſagaciores hujus extraordinarii fluxus aquei ſcrutatores, ſed tamen quod lacrymæ proprie non fuerint, ex eo manifeſtiſſime probaverunt, quia non ex extremitatibus venarum, intra ipſas oculorum glandulas, utcunque arteriis continuatarum, ſcaturiverint, â ſpiritibus ſic dictis animalibus concitatæ. Vid. Dn. *C. F.* PAULINI. in *Obſerv. Medico-Phyſicis Cent. III. num. X. p.* 303. *ſ.* ſed vel exinde patet, quam craſſa hæc ſit Dn. CHARITINI Philoſophica & anatomica Obſervatio, das Thränen eine Feuchtigkeit ſeyn / ſo aus den Winckeln und Behältniſſen des Gehirn in die Augenwinckel flieſſen. Verum id quidem eſt, cerebrum organum eſſe ſecretorium ſubtiliſſimi illius fluidi, quo motus corporeus agitatur, propter hunc enim finem omnipotens Deus non glandulas, ut hactenus fruſtra creditum, ſed tubulos mirifice variatos, ſubtiliſſimos ac adeo minutos, qui vel ipſos ſenſus effugerent ſæpius, ibi collocavit, ut ſecernerent ſubtiliſſimum iſtud fluidum, illudque omnium primo ad medullarem cerebri ſubſtantiam, quæ tota fibroſa, & in varias partes diſpertita, traducerent, unde poſtmodum in nervos transmiſſum, per totum corpus admirando diſtribuatur motu, ſed an hoc fluidum ſubtiliſſimum & nerveum ſit omnis lacrymarum materia? id aſſeruiſſe quempiam, expertiſſimis Dn. Medicis nauſeam movebit, qui ſcitius & probe norunt ac docent, quod ulterius adhuc & intermediæ

poſt

poſt cerebrum ſint tres glandulæ lacrymales oculorum, limpidiſſimum ſecernentes ac ſtillantes humorem, oculorum humectationi & motui inſervientem, unam quidem in cantho oculi cujusvis majori, alteram in cantho oculi minori & tertiam ſub palpebra ſuperiori, teſte PECHLINO, NUCKIO & *Judicioſo ac Experientiſſimo Viro*, DN. D. BURCHHARDO, *Fautore ac Collega Noſtro Conjunctiſſimo.* Hæ vero glandulæ ſecernunt è ſangvine affluente perpetim lympham tenuiorem & hac quidem via, ut felix ſit adlatio eorum, quæ oculis proſunt, infelix vero adlapſus eorum, quibus adverſa eveniunt multa, quorum ſeriem congeſſit *Incomparabilis & Academiæ noſtræ Deſideratiſſimus Medicus*, ac *Sereniſſimi* PRINCIPIS REGNANTIS *Conſiliarius Intimus*, *Excellentisſimus* DN. *J. C. Schaperus*, in *Epiſtola, de Lippitudine Cryſtallifera*, Conf. & *Celeberrimus olim Theologus* DN. *Steph.* CLOZIUS: *De ſudore Dn. JEſu Chriſti Sangvineo*, p. 91. 101. 105. ſ. DN. HAMBERGERUS: *De Opticis oculorum vitiis* & DN. PAULINI, *Obſerv. variis locis.* Quemadmodum ergo ex illis ipſis falſus DN. CHARITINI conceptus abunde patet, ita cum ortus lacrymarum ex variis aliis cauſis concieatur, benefaciunt judices, ſi vetularum, quas ob impotentiam ad fletus proclives noverunt Phyſici, inſolitum iſtum ſtatum, quando inter cruciatus equulei nec clamant, nec lacrymantur, ſolicite ac caute conſpiciunt, atque argumenta & rerum veras cauſas judicioſe ponderant, præcipue cum data ſemiplena probatione, præter confeſſionem delinquentis nil judicialiter amplius inquiri aut acquiri poſſit.

§. III. Ejusdem generis & fallax ac futile indicium Magiæ æſtimat DN. CHARITINUS §. 31. wenn eine Inquiſitin auf der Tortur ſchläft / circa quod BERLICHII cautelas & ex *Hippolytho de Marſiliis* commendatum medicamentum cum præparato potu magico, cujus meminit *Ex-*

*cellentis-*

*cellentiſſimus* DN. STRYCKIUS, redarguit: Verum cum incomparabilis DN. STRYCKIUS eousque non ferocierit, ut omne commercium cum diabolo excluderet, quod vel ſola impræſentiarum verba teſtabuntur, quæ legimus in egregio Ipſius Tractatu, *de jure ſenſuum, Diſſert. I. Cap. V. 20. p.* 108. ubi ſcribit: Coronidis loco ſubjungimus; *An licitum ſit per artes quasdam ſe reddere ἀφανῆ ſive inviſibilem? Non quæro de artibus Magicis, quibus directo in auxilium vocatur diabolus, quippe hos mecum Chriſtianus damnabit quilibet. Sed quæro de artibus illis, quæ ſpeciem naturalitatis præ ſe ferre videntur, qualia ex Plinio, Hiſtor. Nat. Lib. XXIIX. Cap. IIX. recenſet. A. Gellius, Noct. Attic. Libr. X. C. XII. in medio. Verum breviter reſpondemus; ut corpus naturale naturalem qualitatem exuat, & oculis præternaturaliter ſe ſubtrahat, naturalibus remediis effici nequit. Corpus enim humanum, ſi aliud obſtaculum non adſit, omnino in oculos incurrit naturaliter; hanc naturalem vero affectionem non admittit, quamdiu naturale manet; ut vero naturale eſſe deſinat, vel naturalia remedia efficere poſſent, contraria ſibi natura foret. Omne ergo artificium hoc caſu præſtigiatorium eſſent, etſi non explicitum, certe implicitum cum Sathana pactum involvit; nec ab hac ſuſpicione ob herbas quasdam, vel alia remedia naturalia liberatur, familiare enim hoc Sathanæ eſt in decipiendis hominibus, ut ad res magicas quoque efficiendas, naturalia mancipiis ſuis ſuppeditet inſtrumenta, quæ tamen ad factum concurrunt minime, ſed præſtigiis diabolicis ſaltem colorandis adhibentur. Hinc artificium hoc ſe inviſibilem reddendi damnat merito Frid. Balduinus, de Caſibus Conſcientiæ, Libr. III. Cap. V. Caſ. V.* & hinc etiam lubenter nos ſubſcribamus Illius ſententiæ, *quod potius ordinariis mediis exquirenda ſit veritas, & cetera ſint committenda arbitrio & judicio divino*; quin nec in eo opponimur, quod ἀναισθησία per lapidem Memphitidem & alias naturæ ac motuum cauſas introduci poſſit, Vid. *Diſſert. VII. Cap. IV. n. 21. ſ.* id modo obſervandum

dum duxi, quod dum ſaga ante ſemiplenam probationem torturæ non ſubjiciatur, curate Judicibus ſint obſervanda ea omnia, & ſolerter ſit inquirendum, an talis ἀναισθησία cauſis naturalibus adſcribi poſſit, an vero exinde commercium quoddam diaboli præſumi debeat?

§. III. Jocoſam dum porro §. 33. in caſu, wenn ein Weib in der Nacht abweſend gefunden wird / urget Dn. BODINI inſtantiam: Es möchte dieſes woll ein indicium geben können / ceteris paribus, daß die Frau einen Gallan hätte / und ſich wider das 6te Gebot verſündiget / nicht aber / daß ſie wider das erſte und ander Gebot pecciret; eandem & nobis libertatem non invidebit, ut â pari concludamus, ſi ſagæ ope diaboli è lecto abducere poſſunt aliam perſonam, tunc & ipſæ poſſunt per diabolum alio abduci; Urget vero exemplum iſtiusmodi *Illuſtriſſimus* Dn. *Liber Baro ac Eques de* LYNCKER, *Conſultationum Juris ſelectarum num. II.* in Rationibus decidendi *num. I. ſ. p.* 11. dum ſcribit: Es iſt dieſe Begebenheit eines der wichtigſten Indicien; und ob ſchon die Sechswöchnerinnen ſolcherley Zufällen unterworffen / daß denenſelben manchmahl falſche Einbildungen begegnen / auch ſolche ſich auf ein und anders Vornehmen begeben / deſſen ſie hernach ſich ſelbſt nicht beſinnen. Dennoch alle Umbſtände bey dieſem Handel / allerdings mit ſich bringen / daß es damit in keiner falſchen Einbildung und Phantaſie beſtehen könne / dann (1) iſt die Traut-Vetterin in keinem Traum oder phantaſie beliegen blieben / ſondern (2) würcklich aus dem Bette weggekommen / und auſſer dem Haus / durch den kalten Schnee / in den Mühl-Graben / und zwar gewaltſamer Weiſe / gebracht / weil nimmer ein Menſch / in einem bloſſen Traum oder Schwermerey ſich auf einen ſolchen / zumal deſſen gantzen Natur entſetzlichen Gang durch den kalten Schnee / in einen ſolchen Waſſer-Graben ſich bege-

ben würde; dergleichen daß jemahl natürlicher Weiſe geſchehen/ kein Naturkündiger aufgezeichnet hat/ noch daß es geſchehen könne/ bewähren mögen. So verbleibet auch (3) das Weib/ bey denen einmahl erzählten glaubhafften Umbſtänden/ und weiß eigentlich/ was eine und die andere unter denen Hexen Leuten/ ſo dieſe Gewalt mit ihr vorgehabt/ gethan und geredt habe; inſonderheit aber daß Nickel Schiedings Weib/ ſelbſt bekennt/ ſie genöhtiget/ aus der Rinnen zu trincken/ davon ſie (5) einen quälenden Knoten im Leibe bekommen/ und deswegen heſſtige Paroxyſmos erleiden müſſen; Da ſie doch (6) vorhin und noch dem Abend vor dieſem Handel bey guten Verſtand und Kräfften geweſen/ daß ſie zu einiger Unrichtigkeit des Verſtandes ohne dem keine diſpoſition gehabt/ und den Mann/ daß er nur ſicher ſchlaffen möchte/ weil ſie ihn ſchon zu rechter Zeit erwecken wolte/ ermahnet/ wie er dann ihres hinwegbringens bey ſeinem Schlaff nicht gewahr worden/ dahero auch umb ſo weniger ſtatt finden kan/ wenn aus dem hernach erfolgten Zauber-Handel man eine ſo hefftige Phantaſie, (die doch auch (7) bey einer würcklichen ſo entſetzlichen Action nicht ſtatt finden kan/ noch ein Nachtgänger auf dergleichen ſich jemahl begeben) erbauen will. Auch zerſchlägt (8) dieſes Vorgeben unter andern/ daß das Weib/ in ſolcher Beängſtigung/ den Nahmen JEſus angeruffen zu haben erzehlet/ und daß darauff die eine Hexin/ wie ſie ihr nichts anhaben können/ geſagt/ und verſchwunden; Der Zeuge aber (9) Hanß Lorentz Müller/ des Müllers Sohn/ einen Menſchen gehöret zu haben/ der im Waſſer-Graben/ (dann wie der Pfarrer letzthin in ſeinem der inquiſitin defenſori ertheilte Atteſtat vom 18. Octobr. 1703. daß ſie am Waſſer-Graben ſich befunden/ ermeldter Zeuge wiederſpricht/) auff und abgegangen/ und gewinſelt habe/ endlich

bekräffti-

bekräfftiget v. defenſ. Schrifft fol. 190. a. Auch iſt (10) die Sechs Wöchnerin wie ein pfülichter Hund auff Händen und Füſſen durch Waſſer und Schnee wieder zurück nach ihrem Hauß gekrochen (nirgends ſagt ſie/ daß ſie auff einem Hund wieder zurück gebracht/ daß daraus eine Variation gemacht werden könnte/ und hat (11) ihr Mann/ zumahl das Licht die Nacht durch in der Stuben gebrennt/ Sie gantz naß und bloß erſehen/und in der Beſtürtzung/ da ſie für Angſt und Jammer ihme/ wie ihr geſchehen/ nicht erzehlen können/ ſich ihrer mit Bedeck und Erwärmung mögligſt angenommen/ damit ſie nicht vergehen mögen. Folgenden Tages aber haben (12) ihr Hembd und Mieder/ an dem Ort/ da das Weib gemeldet/ daß die Hexen ſie entblöſſet/ und in das Waſſer geſtoſſen/ ſich würcklich gefunden; daß man an dem Corpore dieſes delicti gar nicht zweiffeln kan. Wie dann auch (13) einige derer Complicum in ſolcher Hexen Geſellſchafft/daß es alſo in der That geſchehen/ und was ſie dabey gethan/ conformiter allen denjenigen/ was die Traut Vetterin erzählet gehabt/ bekennet/ und nach ihrer Bekehrung/ darauff bis in den Todt beharret: Cum ergo parium par ſit ratio, hinc quod abeſſe poſſint, & quidem diabolicis viis, ac mediis, rigide amplius non diſputari poterit, nec cavillatoria dictione enervabitur cumulus relationum, quod ſtatis diebus & locis convenerint hæ malignantium catervæ, ubi vere una hirundo & unum exemplum PORTÆ non efficiet inductionem.

§. IV. *Schedulæ humano ſangvine ſcriptæ*, juxta §. 34. Dn. CHARITINI, ut ſoli collectioni FAUSTINÆ non ſunt ſuperſtructæ, ita quoque cum hoc ſcriptionum complexu non exulant omnino, velut apud nos Judicialia *Acta* molitoris cujusdam *Prilvizii*, adhuc ante non multos annos confirmaverunt & alibi etiam locorum æqualia deprehenſa

henſa ſunt βδηλύγματα, cum & Dn. CHARITINUS ſupra ad testimonium Dn. WAGENSEILLIIſe receperit, mihi etiam fidem in hâc ſerie probationis non denegabit conſultiſſimus Vir, ubi *Wagenſeilius* de Magia Judæorum, quoad hæc & alia puncta perquam ingenue teſtatur; Illa namque verba, in *Tractatu citato, p. 64. ſ.* ſunt conſignata: daß mit Chriſten Blut/ und zwar von denen Chriſten ſelbſten/ Zaubereyen können verübet werden/ iſt richtig und gewiß. Als ich für langer Zeit zu Meiſaß in Unter-Oſterreich mich auffhielte/ kam Nachricht ein/ daß man in Mautern einer benachbahrten Stadt/einige Schäffer gefänglich eingezogen/ welche etliche ſchwangere Weiber aufgeſchnitten hätten/ üm deren Frucht/ ſo ungetaufft ſeyn muſte/ zu überkommen. Von ſolcher ſind durch Zauberey die Finger ſo bereitet worden/ daß wenn die Böſzwichte bey nächtlicher Weile üm zu ſtelen/ irgendwo eingeſtiegen waren/ und ſie ſolche angezündet hatten/ niemand von denen/ die im Hauſe waren/ und ſchlieſen erwachen köndte. Die öffentlichen Zeitungen haben ohnlängſt gegeben/ daß dergleichen ſich auch in denen Niederlanden zugetragen. Die Beyſpiele deren/ ſo mit ihrem eigenen Blute ſich verſündiget/ und durch ſolches geſchriebene Reverſe dem Teufel gegeben haben/ ſind mehr als zuviel bekandt. Ob aber die Juden der Chriſten Blut zu Zaubereyen gebrauchen/ ziehe ich billig in Zweifel/ wiewol ich nicht läugne/ daß wie bey allen Nationen, alſo auch unter den Juden/ ſo wol in vergangenen Zeiten/ Zauberer gefunden worden/ als auch noch anzutreffen ſeyn. In derſelbſten Gemara ſind von denen alten Rabbinen Beyſpiele genug verhanden/ welche mit Zaubereyen ümgangen. Es haben enige von ſolchen die Leute durch bloſſes Anſchauen getödtet/ und auch wol wieder lebendig gemacht. Einige haben/ dieweil ſie arm waren/ und keine gute Spei-

ſen

ſen zu denen Feſten erkauffen könten/ ſich Kälber erſchaffen. R. Elieſer hat mit wenig Worten gemacht/ daß ein groſſer Acker voller Kürbiß gewachſen/ die er hernach an einen andern Ort verſetzet. R. Iſmäel rühmte ſich/ er könne nach gefallen zu GOtt in den Himmel hinauff und wieder herab ſteigen. R. Janai bezauberte ein Weib/ daß ſie in einen Eſel verwandelt wurde/ ſetzte ſich auff ſolchen und ritte in der Stadt herüm. Und dergleichen Sachen ſind in der Menge in beſagter Gemara anzutreffen. Unſern neuen Juden wirfft der Samuel Friedrich Brentz/ in ſeinem Schlangenbalg für/ daß wenn ſie Beſchneidung halten/ ſie einen Tiſch viel Centner ſchwer beladen/ und etliche Teufels Nahmen/ je einer dem andern in die Ohren brumme/ ſo fahre alsden der Tiſch in die Höhe/ daß er oben anſtoſſet. Eines theils/ ſagt er ferner/ brauchen eine andere Zauberey und Beſchwerung/ durch welche herfürkomt ein Weibs-Perſon mit vielen Frauen-Zimmer/ welches ſol die Königin aus Saba ſeyn/ im erſten Buch der Könige am X. Capitel/ tantzen und ſpringen mit ihnen/ ſo lang es ihnen geliebet/ darnach vergehen und verſchwinden ſie. Ein andere Zauberey haben ſie/ welche Hamorgolim genandt wird/ da machen ſie ein Bild von Laimen/ einem Menſchen gleich/ ziſchpern oder brummen denſelben etliche Beſchwerungen in die Ohren/ davon das Bild gehet. Schwätzet ihrer einer unter den Juden etwas von ihnen/ ſo nehmen ſie einen Apffel/ und ſchreiben darauff etliche Teuffels Nahmen/ geben denſelbigen einen todten Juden in die Hand/ alsbald der Apffel anfänget zu faulen/ ſo ſolle auch der/ welcher aus ihrer Schule geſchwätzt/ ausdürren und ſterben. Ich wil hier alle Chriſten treülich gewarnet haben/ daß ſie in die Häuſer/ wo Sechs-Wöcherinen ſeyn/ weder Jüden noch Jüdinnen einlaſſen: Geräht es ihnen/ daß ſie in ſolche

Häuſer kommen / ſo nehmen die Jüden ein Mahl-Schloß / und ſchreiben etliche Schemos ſchell ſodanim, das iſt / Teufels Nahmen darauf / ſchlagens als denn ein oder zu wo die Sechs-Wöchnerin liegt / und werffens in einen Brunnen / ſo dorret die Kindbetterin ſamt dem Kinde aus / und müſſen es offtmahls mit der Haut bezahlen. Daß die Juden einen ſehr belaſteten Tiſch in die Höhe können fahren machen / iſt der Salomon Zevi in ſeinem Jüdiſchen Triack / oder Widerlegung des Schlangenbalgs / ſelbſt nicht in Abrede / von Darſtellung aber der Königin aus Saba will er nichts wiſſen. Ich habe mir ſehr angelegen ſeyn laſſen / der Warheit dieſer Sach mich zu erkündigen / aber niemal was gewiſſes erfahren können. Jedoch haben ſich Juden gefunden / welche / daß etwas dergleichen unter ihnen vorgehe / geſtanden. Auf das / was der Brentz von dem Hamor golim fürgebracht / antwortet er: Der מומר Mumar (Abtrünnige) ſchreibt / es werden unter denen Juden gefunden / die einen Laimeklotzen nehmen / formiren und machen ihn einem Menſchen gleich / darnach liſpelt man ihm השבעות Haſchbaoth oder Beſchwerungen ein / darvon das Bild lebt und und geht Ich lach den Mumar aus / und ſag / daß er gewiß von ſolchen zuſammen gekneteten Gaſſen-Koht und Laimen gemacht worden / daß er gehen kan / aber kein שכל ſechel (Verſtand) hat / und mag ſein Vater ein ſolcher בעל שם Baal ſchem (Segenſprecher) geweſen ſeyn. Denn er ſchreibt / wir heiſſen das Bild und Gemächts חמור גולם chamor golem, das iſt בלש׳׳ן אשכנז beloſchon Aſchkenas, (auf Teutſch) ein unausgezimmerter Eſel / אשר אומר כי הוא זה aſcher omer ki hu ſeh, (dergleichen ſag ich / daß er ſey.) Ich habe nie kein ſolch Werck geſehen / aber בימי חכמי התלמוד bime chachme hattalmud (zu denen Zeiten / da die Talmudiſchen Lehrer lebten /) haben wir ſolche Leut / gefunden / die

die mit der קבלה Cabala על ידי ספר היצירה al jede ſefer haje-zira (durch das Buch von der Schöpffung) ein ſolch Ding beſchaffen haben. Conf. *Judæus Wormatienſis* ABRAHAMUS, in *vera Magia.*

§. V. De amore nimio canum ex §. 35, deſiderata conteſtatione litis ex §. 36, exactis teſtimoniis filiarum adverſus Matres ſagas ex §, 37, conſultatione Prudentum Virorum ac malierum ex §. 38, ſimulatis verbis ac promiſſis judicum ex §. 39, locis ac provinciis nationalibus ex §. 40, & multis aliis ex §. 41. ſ, ut prolixiori diſcuſſione ſingulatim agamus iisdemque opponamur, non videtur nobis ſupereſſe ſontica cauſa, dummodo Argumenta *Illuſtrisſimi Dn.* LYNCKERI *l. e. p.* 9. præmiſſa, non repudiari vellent, qui ſuis næniis velitant; *Fruſtra*, inquit, *phantaſiæ ac ſomniis, morbisque, imputari omnia, quæ pro indiciis urgentibus in ſagis habenda ſunt, Nec minus illas reas haberi oportere eorum facinorum, in quibus illæ vel Dæmoni cooperantur, vel ea ab hoc ſolo profecta, ipſas perfeciſſe ſibi perſvadent.* An interea hactenus diſcuſſa indicia adhuc haberi promiſcue poſſint talia, welcher einer Nichtigkeit und Betrüglichkeit mit Grunde zu beſchuldigen? an in iisdem ſine omni diſcrimine & apud omnes ac ſingulos inventa ſit ein leichtſinnige Zuſammen-Raffung allerhand ſtroherner Kennzeichen? & an denique ex his indiciis ſive ſigillatim ſive in omni ſuo complexu æſtimantur, prudentioribus nulla fere veriſimilitudo probandi ſceleris veniat, indeque tortura decreta confeſſionem pariat omnino futilem, cui nulla ratione ſit fidendum? velut hoc Dn. CHARITINUS §. 43. & 44. voluit, id ſinceris arbitris relictum volo. Dum vero poſt hactenus diſcuſſa, *in Sectio IV.* Dn. CHARITINI, venerint Indicia Magiæ, ſo davor in der Peinlichen Hals-Gerichts Ordnung angegeben werden. Ibidemque §. *I. p.* 77. ſ in genere Is ipſe opinatur, daß (1) von dieſer Hals-Gerichts Ordnung

nung nach gutbefinden abzugehen / (2) von einen und andern Puncten darinnen / ſo auf menſchlichen Verſtand und Philoſophiſchen Wiſſenſchafften ſich gründen / ſo könne einem Warheit ſuchenden nicht verwehret werden / wenn Er auch ſeine Gedancken darüber eröffne / in quo (3) ſe confirmatum credit, weil noch neulich der Herr Raht *Thomaſius* in ſeiner curieuſen Diſſertation, *De Crimine Magiæ*, § 51. ſ. die Wichtigkeit auch dieſer 4. Indiciorum / auf die Wag-Schale der Vernunfft zu legen / eben kein bedencken getragen; Hinc ut moneam hic aliqua, ſontica mihi ſuppetit ratio. Ad primum ergo obſervo, quod in fine Proœmii hæc legantur verba: Doch wollen wir durch gnädige Erinnerung Chur-Fürſten / Fürſten und Ständen / an ihren alten wolhergebrachten / rechtmäßigen und billigen Gebräuchen nichtes benommen haben. & non modo probe novi, quid evenerit circa Conſtitutionem Criminalem ? ubi proteſtatione ſe muniverunt quidem Imperii Electores, Principes ac urbes, donec juribus ſuis conſervatis conſenſerunt, Vid: Dn. J. P. KRESSII *Commentatio in Conſtit. Criminalem*, *Præfat.* §. XX. ſ. nec diffiteor, quod de valore & auctoritate Conſtitutionis noſtræ facile ex ipſa Clauſula in fine proœmeii adhibita judicare cuivis liceat; Valet ſcilicet in tantum, in quantum leges aut mores provinciales non aliud introduxerunt. Vid. l. c. § XXV. Interim antequam de voluntate ſuperiorum nil certi conſtat, & tamen receptio hujus Conſtitutionis judiciis demandata, ut aut penitus aut in ſubſidium ſit advocanda, tunc ad arbitrium privato nil relictum eſſe arbitrarer. Auch machen die præjudicia ſelbſt oder gerichtliche Sprüche / ohne vorhergehende andere Rechte / kein jus inter omnes, ſondern declariren allein jura antecedanea, und ſind daher blos qua talia, nicht inductiva juris communis, ſed tantum inter partes obtinent. Vid. ex MEVIO *Illuſtriſſimus*

DN.

Dn. *de* LYNCKER. *Conſultation. Select. Caſu XII. n.* 34. Ad *ſecundum* non nego, quod in aliis ad humanum intellectum & Philoſophicas ſcientias referendis & in iisdem fundatis non impediatur quivis veritatem ſobrie ſectaturus, ut ſententiam ſuam publice exponat; modo ne ingenium Jeſuiticum ab ALPHONSO *de* VARGAS excuſſum, retroducatur, quod *nihil aliud ſtatuit, quam arundinem vento agitatam, ad omnemque gratiæ & offenſæ humanæ auram mobile atque infidum, ita ut etiam quæ falſa, impia, nefaria & peſtifera cum aliis ſuis ſtatuunt, ea nihilominus ad colligendam aut retinendam hominum benevolentiam, aut ad offenſam potentum declinandam, voce ac ſtylo docere, ac tanquam fidei capita propugnare non dubitent.* Vid. Dn. SCHOMERI *ſentiendi & credendi Libertiniſmum.* §. *XV.* & Dn. M. *Andreæ* BERGII Diſſertationem, *de hodierna ſentiendi Libertate*; Ceſſet & præterea iſtud omne, *Scripturis ſe, quacunque id demum fiat ratione, ſubducendi molimen; ipſas qui fugit, abit à tramite ſalutis. Rubore ſuffundatur Atheus peſſime jactitans, ad nos non pertinere libros in Scripturis reperiundos; oracula Prophetica Iſraëlitis ſcripta eſſe, Apoſtolicas pleraſque Epiſtolas ad certos ſpectare. Increpet te DEus! nam ſcripta illa ſunt in figuram & exemplum noſtri, in quos fines Seculorum devenerunt; hæ vero omnes ſimul alloqvuntur, qui invocant nomen Domini N. J. C. quovis loco, imo nemo eſt hominum, qui non doceri debeat, niſi reſpuat ipſe per Scripturas. Deſinat perverſa Sacras literas tractandi ratio, qua leguntur non eum in finem, ut inde notitia divinæ voluntatis hauriatur, ſed curioſis ut poſſint quæſtionibus cœleſtia parum curantes navare operam. Hæc ſcripta ſunt, inquit Johannes, ut credatis, & per fidem, vitam habeatis æternam.* Nihil auſit amplius *Libertiniſmus noſter, cum autoritate, efficacia, ceteriſque de ſermonibus* θεοπνεύστοις *veriſſime allatis conſiſtere omnino neſcius. Siquis* (*depulſa malitia, ſimplici corde, quæ paraphraſis Eraſmi eſt*) *voluerit voluntati Patris obtemperare potius*

 *quam*

*quam ſuis abundare affectibus, cognoſcet de doctrina, dicit Salvator, ſine doctrina ergo erit, qui voluntatem Patris negligens, ſuæ obtemperat.* *Ad tertium* non video, quo jure Diſſertatio *Ill. Dn.* Thomaſii, de *Crimine Magiæ.* poſſit dici *curioſa*, niſi id curioſum quis dixerit, quando quis nimis affectate cuncta perquirit, etiam quæ ad eum non attinent. Vid. PEROTTUS, *in Cornu Copiæ p.* 739. *l.* 28. *ſ.* Mallem namque *Illuſtrem hunc Virum*, multa in hac Diſſertatione reliquiſſe Bibliis & Theologiæ. Quin imo in his ſingulis attentatis ſatis notavi, ſi cum Dn. ZIEGLERO. *De Juribus Majeſtatis, Libr. I. Cap. IV. §. VII.* ſcribam: *Quousque licita ſit iſta Doctorum interpretatio, ex eo dubium reddi poteſt, quod prohibere ſæpe ſoleant Principes ejusmodi interpretationes, quibus leges ſuæ labefactari queant. Et hæ quidem recte interdicuntur. Sed quia leges ſunt proprium objectum, circa quod verſatur JCtus, non poteſt illi omnis omnino interpretatio prohiberi, cum utique ejus ſit, ſancita Principum per cauſas explicare, & legem juſto commentario illuſtrare, ita tamen, ut commentarius ipſe conformis ſit legi, & ei commodatus, nec ab ea in diverſa alia omnia recedat. Optime Johannes Salas, & Emanuel Sa, quos refert Rogerus Widdrington, de juram. fidel. Cap.* 10: *Poſſunt Doctores non quidem interpretatione neceſſaria, publica aut juridica, ſed privata & non obligante leges omnes interpretari, etiamſi Princeps dicat: nemini liceat hanc noſtram paginam aliter interpretari. Nam tunc ſolum prohibet interpretationes frivolas, & quæ plane ſunt contra mentem ipſius, &c. Et hoc ſcilicet eſt officum JCti, quando verba legis non ſunt usque adeo clara, ut excludant omnem interpretationem ex bono & æquo, neque usque adeo obſcura, quia mens Legislatoris ex antecedentibus & conſequentibus elici poſſit, ut tum verba legis ad ſententiam interpretando accommodet, l.* 12. *ſeq. ff. de Legibus.* Nec forte exempla adeo ſunt rara, ubi Imperatoria Majeſtas adverſus iſtiusmodi perverſores & everſores legum animadvertere inſtituit, quod vel ſola nupera aliqua cauſa abunde manifeſtavit.

§. VI.

§. VI. Sed juvat propius perveſtigare cauſas, quibus permotus Dn. CHARITINUS cum Patrono ſuo dicam *Conſtitutioni Criminali* ſcribere molitus eſt? Legitur ergo *in Cæſarea Conſtitutione* hicce *Articulus XLIV.* Wenn jemand ſich erbeut/ andere Menſchen Zauberey zu lernen/ oder jemand zu bezaubern bedräuet/ und den Bedräueten dergleichen geſchicht/ auch ſonderliche Gemeinſchafft mit Zauberern und Zäuberin hat/ oder mit ſolchen verdächtlichen Dingen/ Gebärden/ Worten/ und Weſen ümgehet/ die Zauberey auf ſich tragen/ und dieſelbig Perſon deſſelben ſonſt auch berüchtigt/ das giebet eine redliche Anzeigung der Zauberey/ und gnugſame Uhrſach zu peinlicher Frage. Quæ verba deſint in *Conſtitutione Bambergenſi Art. LV.* ipſa inſpectio docebit, quod & *hujus Articuli indicia magnam religionem conjunctam cum magna, non juris, ſed naturæ rerum naturalium peritia, in judice requirant*, ultro cum *Conſultiſſimo Dn.* CRESSIO confiteor, *in notis ad Art. XLIV. p.* 82, nec *generoſiſſimi Dn.* TEMPLÆI teſtimonium ibidem adlatum repudio, quin imo in ſinu gaudeo, quod tandem aliquando CHARITINO noſtro, jurato hactenus hoſti *Carpzoviano*, venerit occaſio, ut portiunculam quandam tribueret manibus hujus inclyti Viri, unde & verba hæc ipſa ad literam referam, velut eadem leguntur in mea, qua fruor Editione, *P. III. Quæſt. CXXII. n.* 62. *ſ. Practicæ novæ Imperialis Saxonicæ p.* 175. *a. ſ.* Quantum, inquit eſt, *ſi quis ad docendum alios incantationes ſe offerat, in verb:* Wenn jemand ſich erbeut/ andere Menſchen Zauberey zu lernen *&c. Communiter enim Magi liberos ſuos, aliosque in arte diabolica inſtituunt: ſiquidem nullum eſt ſacrificium, quod ab iſtis hominibus tantopere diabolus expetat, quam ut liberos ſuos ad cultum ipſius voveant, Godelm. in tr. de Magis, Lib.* 3. *C.* 10. *n.* 13 *Docentes autem hoc modo Magiam & Incantationes haud obſcure fatentur, ſe ſcientiam, ejus Artis habere, ut propterea haud*

*immerito torqueri debeant. Secundum eſt indicium: Quando Sortilegus minatur alteri incantationem & faſcinationem, minæque conjunctæ fuerint cum eventu, in verb. art. 44.* Oder jemand zu bezaubern bedräuet/ und dem Bedräueten dergleichen geſchicht/ *&c. uti plerumque faciunt Veneficæ fœminæ, quæ natura vindictæ ſunt cupidæ, nec linguam à minis cohibere poſſunt, ſi nocendi facultatem aliquam habuerint. Nic. Boër. dec. 160. Jul. Clar. l. 5. ſent. §. ult. qu. 21. n. 27. Matth. Steph. in not. ad d. art. 44. Ord. Crim. Car. Tertium eſt, frequens cum certis & convictis magis conſvetudo & familiaritas, in verb.* Auch ſonderliche Gemeinſchafft mit Zaubern oder Zauberin hat/ *&c. d. art. 44. Ord. Crim. Nam ſimilis ſimili plerumque adhæreſcit, arg. l. 3. §. nullus. ff. de accuſat. tut. l. item apud L. 15. § abduxiſſe. 18. ff. de injur. l. nullus §. 1. ff. de act. empt. l. ædiles 25. §. Pedius ff. de ædil. edict. Joh. Zanger in tr. de quæſt. & tort. C. 2. n. 204. Joh. Bondin. de Dæmonom. l. 4. C. 4. Quartum indicium: Si quis res de veneficio ſuſpectas ſecum habeat, aut moribus, geſtibus vel verbis utatur, quæ incantationem deſignare ſolent, d. art. 44. Ord. Crim. in verb.* Oder mit ſolchen verdächtigen Dingen/ Geberden/ Worten/ und Weſen ůmgehet, die Zauberey auf ſich tragen/ *&c. Utpote, ſi penes ſagam, vel in illius conclavi reperiantur venena mala, olla impleta bufonibus, hoſtiis, membris humanis; aut ſi inveniatur penes veneficum liber Magiæ, vel inſtrumentum obligationis, mutuique inter eum & diabolum pacti, ab eo ſcriptum, ſubſcriptum aut ſubſignatum; vel, ſi ſaga dæmonem invocet, & cum eô loquatur, & ille, quamvis non cernatur, reſpondeat; It. 5. viſa ſit pulverem ſuper gregem porcorum injicere, & ſtatim pecora perierunt: & quæ ſunt facta, quæ aliquem ſuſpectum reddere poſſunt, Joh. Bodin. d. l. 4. C. 2. Joh. Zang. d. c. 2. n. 200. & poſt hac ſingula adjicit num. 67:* Quæ tamen indicia tum demum ſuſpectum aggravant, ſi alia adminicula concurrant. Explevit in his ſingulis requiſita probi JCſulti, quos ſuperiori

§. *Dn.*

§. *Dn.* ZIEGLERUS urgebat, & monſtravit, quomodo non ſit involandum adverſus conſtituta Superiorum, ſed eadem ipſa potius ſint ſancte ſervanda & illuſtrationibus amplificanda.

§. VII. Aliter in præjudiciales ſuas aſſertiones cum *Ill.* DN. THOMASIO declinavit DN. CHARITINUS, cauſatur enim *§. 2. p. 78 ſ.* Hiebey erinnert / nemlich bey den erſten Punct, wenn ſich jemand erbeut andere Menſchen zaubern zu lehren / obgedachter Autor, daß es wol ſo thörichte Leute geben könte / welche verlangen nach einen Pact mit dem Teuffel hätten / und ſich alsdenn boshaffte Perſohnen finden möchten / ſo jene ums Geld zu betrügen / Zauberey zu lehren verſprechen ſolten / und die Tragœdie deſto beſſer zu incaminiren, andere heimlich aufbringen köndten / des Teuffels Perſon zu agiren, dieſe wären alle straffbahr / doch nicht eben als Zauberer zu beſtraffen / noch ein gewiß Kenn-Zeichen der Zauberey daraus zu machen; daß dergleichen Boßheit ſich wol zutragen könne / iſt daraus leicht zu ſchlieſſen / daß ſich öffters thörichte Leute gefunden / ſo die ſo genandte Spiritus familiares kauffen wollen / und es auch an Betrieger nicht gefehlet / welche ihnen etwas davor in Meſſen und groſſen Jahr-Märckten verkaufft. De fraudibus & impoſturis ut multa adhuc urgeam, non eſt præſentis inſtituti, de *Spiritibus* tamen *familiaribus* non in univerſum omnia ac ſingula nugis ac fabulis adſcribet, qui Platonicorum dogmata ſincere callet, & ad præſentia usque tempora diaboli luſus fideliter ſcrutatur, imprimis cum ratio ipſa, quod nempe diaboli corpora ex aere fomare, & in aliis præſenter operari poſſint, nullo idoneo argumento extorta ſit nobis. Quicquid ergo ſit de obtrectatione, qua Spiritum familiarem fruſtra multis attribuerunt multi, Vid. *Melanges d' Hiſtoire & de Literature*

*recueilles par Ms. de* VIGNOLE MARVILLE *pag.* 188. addatur *M. Gerg. Chriſt.* WAGNERI Diſſertatio percenſens *Eruditos Spirituum familiarium uſu ſuſpectos.* Quicquid ſit porro de fraudibus in hoc vel iſto exemplo obviis, ad quas aliquando nimis præcipiti via ſe receperunt multi, ut omne penitus diaboli commercium ejuraverint, quoad rem tamen ipſam ſuperſunt adhuc argumenta multæ fidei, quæ cavillis ac ſubſannationibus non eliminabuntur. Vid. poſt AGRICOLAM, POSNERUM, RUMPELIUM, BORRICHIUM, SCHOTTUM, BLAUSCHIUM, STEUCKHARTUM & alios *M. Jo.* CLODIUS. De *Spiritibus familiaribus vulgo ſic dictis*; imo dum Scholas ab ipſo diabolo inſtitutas dedit hiſtoria & exempla doctorum diabolicorum acta pluries docuerint, ad judicis prudentis appello diſquiſitisſimum judicium, ne injuriam committat, quo in momento multus eſt Dn. REINECKING in reſponſo ſuo *Quæſt. quinta num.* 769. *ſ.* Conf. Dn. MULLERUS de *illicita judicis feſtinatione*, nec tamen dato caſu iuſtitiam cauſæ diſſimulet, probe memor moniti, quo *Iehoſaphatus* judices ſtringit 2. Chron. XIX. 6. *Non homini judicabitis, ſed Jehovæ, ubi egregie* ſcribit LUTHERUS, *Tom. V. Altenb. p.* 1085. *a. b.* So ſieheſtu nun/ was der muß für ein Gemüht haben/ der eines Richters und des Schwerdts Ampt üben ſollen/ nemlich/ das da alle Begierden und Reitzung der Furcht/ der Liebe/ der Gunſt/ der Barmhertzigkeit/ des Geitzes/ der Hoffnung/ des Gerüchts/ des Lebens und des Todes überwinde/ und das da lieb habe auffs einfältigſt die einfältigſte Warheit und Gerechtigkeit: denn (ſpricht Joſaphat der König Juda) das Gericht iſt des Herrn. Denn es iſt vonnöhten/ daß der Richter vieler Neid auff ſich lade/ und in Sorgfältigkeit ſtehe des Haſſes/ und angefochten werde mit Barmhertzigkeit und Gewinn/ und wo er nicht allein auf GOtt

GOtt ſiehet/ ſo mag er dieſe Anſtöſſe nicht uberwinden noch dafür beſtehen/ wo wil er aber auff GOTT allein ſehen/ wann das Hertz nicht durch Glauben gewiß befeſtiget iſt? Beſiehe Exempel in den beſten Juriſten welche das Recht und die Billigkeit/ wenn ſie es öffentlich lehren oder ſchreiben/ auffs allerſchönſte lehren und darthun. Aber wenn ſie jemands ſollen Raht geben/ ſo haben ſie gar ein andern Sinn und ſind unbeſtändig/ alſo/ daß das Anſehen der Perſohn/ oder das Erbarmen des Elends ſie abwende von dem richtigen Weg/ daß ſie ſich befleiſſen zu helffen dem Armen/ das ſie dasmahl nicht gethan haben/ da ſie öffentlich lehreten. Und hie können ſie ihren Affect nicht ſehen/ daß ſie von der Billigkeit/ ſo ſie öffentlich gelehrt haben/ abweichen. Alſo gar ein ſchwer/ ſeltſam und hoch Ding iſt ein einfältig und richtig Aug in einem Richter. Daſſelb mag man auch ſehen in den höchſten Theologen, als da ſind Auguſtinus, Bernhardus, und die älter ſind denn ſie/ Cyprianus, Tertullianus und dergleichen/ welche/ ſo ſie die Schrifft öffentlich handeln/ ſo handeln ſie dieſelbe recht und lauter. Wenn ſie aber Fragen für ſich nehmen/ ſo bleiben ſie ſelten auf der Bahn/ daß ſie nicht etwas der Schrifft abbrechen/ und der Sach oder der Perſohn zulegen/ und die Wort GOttes mit Gewalt zwingen. Hierin beſiehe ſie/ da ſie wieder den Arium, Hieronymus wieder Jovinianum, Auguſtinus wider die Manichæer, Bernhardus wieder den freyen Willen ſchreiben/ ſo wirſt du ſehen/ daß ich wahr geſaget habe. Alſo gar hat kein Heiliger das Fleiſch ausgezogen/ und ſein Begierde nicht zerknirſcht/ darümb dürffen wir nichts beſſers hoffen/ denn das beyde der Richter und Lehrer in der Furcht GOttes handelen/ und ſie allweg beſorgen/ daß ſie vielleicht das Geſetz GOTTes und ſeine Wort nicht recht handlen. Denn die Sicherheit hat nicht Statt/ da GOttes ernſte Sach gehandelt wird.

§. VIII.

§. VIII. Eandem ſelegit Viam *Conſultiſſimus* DN. CHARITINUS, quando quidem ad *indicium ſecundum* Carolinum, wenn jemand zu Zaubern drohet / und den bedroheten auch dergleichen geſchiehet § 5. *p.* 80. ſcite commentatur: Man führet kürtzlich an / daß wenn dieſe Dräuungen etwas probiren ſollen / ſelbige (1) nicht general ſeyn müſſen Z. E. Es ſoll dir leyd werden / es ſoll ſo nicht hingehen; ſondern ſpecial ſeyn. Maurit. Conſil. Chilon. 15. (2) Bald darauf der Schaden geſchehen / Del. Ryo Lib. 5. Sect. 3. dergleichen Dräuung durch 2. Zeugen bewieſen ſeyn. Art. 23. Conſt. Crim. nihilominus tamen *Illuſtris* DN. THOMASII illationes §. 4. *p.* 79. *ſ.* præmiſit, his verbis. Die Anmerckungen des Herrn Thomaſii beſtehen darin / daß nicht leicht einer ſo närriſch ſeyn würde / und bedrauen / daß er jemand bezaubern wolte / und denn wenn er ausdrücklich dieſes hätte ſich verlauten laſſen / denn andern ein Schade auff verborgene Art geſchehen köndte / propter vim naturæ ſympatheticam & magneticam, ohne Pact mit dem Teuffel / ohngeachtet weder Cartheſianer noch Peripathetici davon Beſcheid zu geben wüſten / und wäre das noch ein Aſylum der Academiſchen Unwiſſenheit / wenn man ſchlöſſe / welche Würckungen nicht aus den Academiſchen Phyſicken erwieſen / GOtt auch nicht füglich zugeſchrieben werden mögen / daß ſolche nohtwendig vom Teuffel herkommen müſſen. Non enim Academica hodie illa eſt ignorantia, ut ſic immediate concludant, & ſiné congruis mediis terminis ac rationibus eo usque ratiocinentur, ſed potius ut in catena ſingulorum adſit conſpectus, Scriptura & experientia communiti, norunt, quod dentur ſpiritus mali, qui permittente Deo poteſtatem habent, corpora aſſumendi, movendi & inſolitas operationes edendi; quod & iſti indulgente eodem ſummo Numine, poſſint aliquando hominibus appa-

rere,

rere, cum iis colloqui, commercium alere & ad licentiam ſuam in gratiam gregalium ſuorum ſtupenda patrare, quæ hominum ceteroquin vires ſuperant; Indeque ad convictionem perſuaſi ſunt, quod iſti dæmones, qui ſic commercium aluerunt cum hominibus, non ordinem totius naturæ aut partis cujusdam in illo mutaverint, quod ſolius eſt ſummi Numinis, & eorum, cujus miniſterio Deus in his talibus utitur; ſed demum per cauſarum naturalium, & quidem hominibus occultarum combinationem, alterationem & abuſivum ſubſidium, effecerint aliquid hominibus inventu ac effectu, rebus ſic ſtantibus impoſſibile, propter quod ſtulte equidem, abſurde ac perdite, vere tamen & blaſpheme homines abrepti ſunt in venerationem iſtorum, ut vel curioſitati indecenti ac ſuperſtitioſæ litarent, vel abſcondita imperiorum, ſtemmatum, conſiliorum & domuum expiſcarentur, vel famæ ac fortunæ ſuæ augmentum adderent, vel denique vindictam turpiter ſaturarent, & quotquot modis id contingere poſſet, proximo ſuo obeſſent. Hinc enim factum eſt, ut tot ludicri, horridi, virulenti, nocivi & execrabiles caſus fora exercuerint, ſcholas calefecerint, & judicia prudentum maceraverint, quamvis in fumos & luſus ſolasque fraudes & dolos hominum nec transfigurari hactenus potuerint, nec prona revelatione ac experientia transfiguratos unquam fore, omnium firmiſſime perſuadeamur; ea etenim eſt diaboli vafrities per omnem temporum decurſum, ut indutis variantibus perſonis & ſchematibus, imo non ſine violentia in Angelum lucis transformatus, aut quod nunc tam celebres moliuntur Viri, in nihilum, quoad omnem ſuam potentiam deductus, transpareat, tamen ubivis & loricis inſtar prodere ſemet ipſum non deſinat, quin ad providentiam Numinis, ſit venia verbo, ſe manifeſtare adigatur.

§. IX. Leve equidem videtur *Dn.* CHARITINO §. 6. *p.* 80. *tertium indicium* Carolinum, wenn einer ſonderliche Gemeinſchafft mit Zauberern oder Zauberinnen hat; & adjicit: Allein dieſes iſt ſehr ſchwach / dabey billig ein vieles zu erinnern / denn weil Zauberey unter die heimlichen delicta von allen Criminaliſten gerechnet wird / was ſolte das einen andern graviren können / der mit einem ſolchen Menſchen umgegangen / der der Zauberey hernachmals beſchuldiget / und nach dem gewöhnlichen Proceſs deshalb überführet / vorhero aber vor einen ehrlichen Mann gehalten worden. Sed ad intentionem S. Imperatoris, non qualecunque commercium, ſed *ſingulare* intelligitur, quo quis ſecundum acta & probata, in Numinis ſummi dedecus ac opprobrium, magorum & diaboli opera ad res varias, quæ ſupra hominum vires poſitæ ſunt, efficiendas, aut futura & occulta reſciſcenda, aut hoſtibus ſuis nocendum &c. uti nullus dubitavit. Conf. Dn. BUDDEUS. De *Atheiſmo & ſuperſtitione Cap. IX.* §. *III. ſ. p.* 691. *ſ.* Eodem modo *quartum indicium* Carolinum infirmare §. 7. *p.* 81. annititur: Wenn einer mit ſolchen verdächtigen Dingen / Gebehrden / Worten und Weſen ümgehet / ſo Zauberey auff ſich tragen / ex Illuſtri namque *Dn.* THOMASIO nimiæ generalitatis, confuſionis & incertitudinis id ipſum accuſat, unde ICſultis venerit occaſio ad indicia magica cumulanda; verum quod hoc gratis & fruſtra fecerit, quousque Doctores, ut vidimus ſupra, illuſtrandæ ſententiæ Imperatoris operam ſuam adhibuerunt, in propatulo eſt; Quicquid & ſit de ſententia CRUSII, wen man bey einem wieder den der Zauberey wegen inquiriret wird / einen Topff mit Kröten / Schlangen oder Eydexen angefüllet / oder ein Buch mit wunderlichen Characteren geſchrieben / oder ſonſten etwas unter den Schwellen und Thüren eingegraben finde / ut inde non

ſemper

ſemper ad expreſſum pactum cum diabolo concludi poſſit; iſtas tamen §. 8. multas ſecretas ſympatheticas naturales operationes experientia corroboratas, abs aliquibus & *Theophraſto Paracelſo* excultas, omni ſuo merito deteſtamur, nec Theoſophiam appellare poſſumus iſtiusmodi adverſus Sacrum Codicem efficītas nænias, patrata, oſtenta, & media, omni modo illicita, æque ac de mediis Sympatheticis, nocivis & illorum applicatione ac uſu, ut eadem vel ipſi *Mareſchallo Luxenburgio* §. 9. *p.* 82. ſ. ſunt tributa, longe feramur alio, nec Sacræ Scripturæ, nec ſobrio judicandi modo adverſi, quem in finem noſtra facimus verba *Illuſtris Dn.* SECKENDORFFII, quæ in dem Chriſten Stat / *Libr. I. Cap. III.* §. 5. *pag.* 40. ſ. ſequentis ſunt tenoris. Unzehliche Acten liegen hin und wieder in Archiven und Gerichts-Stuben von der Zauberey/ und zwar einer ſolchen / die nicht in bloſſer Erzehlung oder Bekändtniß der Gefangenen beſtanden / ſondern deren effect von andern Leuten geſehen worden; Zum Exempel / daß / wenn ein Zauberer ausgeſagt / er habe in eines andern Menſchen Leib unterſchiedliche Dinge / zu deſſen Plage und Beſchwerung / mit Hülffe des böſen Geiſtes unvermerckt eingezaubert / ſo hat ſichs in beyſein der Gerichts-Perſonen/Artzte/ und dergleichen Leute würcklich befunden / und ſind bezauberten Leuten aus ihren Schenckeln oder Armen ſolche materialien heraus geſchnitten worden / als Glaß / Haare / Eyer-Schalen / ja gar gifftige Thiere/ Heyderen / Kröten / Molchen / und dergleichen/ die durch keine natürliche Wege/ oder menſchliche Kunſt hineingebracht worden, ſondern es muß es ein Geiſt durch den Zauberer / oder auch vor ſich gethan haben. Unverwerffliche Zeugen haben mit ihren Augen geſehen / daß am hellen Tage ſich Getrayde-Garben auff denen Ackern von ſich ſelbſten auffgerichtet / auch gantze Schober Heu in die Hohe geſtiegen/

gen / und über Berg und Thal weggefahren / alſo dem Eigenthums Herren entwendet / und zauberiſchen Leuten zugebracht worden. Man kan Perſonen / Zeit und Ort dißfals nennen. Wie viel Zauberinnen haben bekennet / und ſind darauff geſtorben / daß ſie aus einem Strick oder Seil / oder aus eimem Holtz ſo viel Milch gemolcken / als ihr eigen Vieh nimmermehr geben können / und hat ſichs im Werck befunden / daß hingegen denen Jnwohnern ſelbigen Orts die Milch an ihrem Viehe gäntzlich oder lange Zeit gemangelt; Man weiß hierüber die Orter / die Perſonen und alle andere Umſtände anzuzeigen / und ſind zum wenigſten etliche Exempel unwiderſprechlich gewiß / wann gleich tauſend andere verworffen würden / und der Vorwand der Atheiſten bey etlichen Fällen und Perſonen gelten möchte / es wäre eine melancholiſche Einbildung miltzſüchtiger Leute oder eine falſche Relation. Vor weniger Zeit iſt in einem benachbarten Orte / da ich ſelbſt einige Botmäſſigkeit mit habe / ein Mägdlein von einem böſen Geiſte geplaget worden / daß von ihm öffters groſſe Menge von Reiſſig oder Geſträuch / ſpannenlang und püſchel weiſe / als von Beſen geſchnitten / item ſtröherne Schleifflein / in der Mitte wie ein Band gebunden / auch Federn einer Hand lang zum Munde heraus gegeben worden / ſo geiſt-und weltliche Perſonen in groſſer Anzahl mit Augen geſehen / und die Materie in Händen gehabt / mir auch ſelbſten / auff begehren fürgelegt / daran zuzweiffeln / und gleichwol läufft es über und wieder alle Natur / daß dergleichen Dinge in ſolcher Menge in eines Menſchen Leib und Magen gebracht oder gezeuget werden könne / ſondern es iſt durch unſichtbare und alſo durch Geiſtes Gewalt hinein gebracht / und mit greulichen Schmertzen wieder heraus getrieben worden / und ſo es durch Verblendung geſchehen wäre / als einige

vorge-

vorgeben / ſo beweiſt doch auch die Blendung / daß Geiſter ſeyn / die ſolche verrichten.

§. X. Et in Additamentis p. 706. adjicit: Daß zu Bekräfftigung der Religion einen ſtarcken Grund gebe / was von ſolchen Wirckungen vermercket wird / die aus unſichtbahrer Krafft / und alſo wunderlich geſchehen / und daraus ein Geiſt / und deſſen Weſen und Macht geſchloſſen werden muß / das obſervirt Henricus Morus, Lib. III. Antidoti contra Atheiſmum, und bewährt es mit vielen Umſtänden und Zeugniſſen / ob es gleich die Atheiſten gar nicht gläuben wollen. Er erfodert aber drey Stücke / daraus zu erkennen / ob dergleichen Erzählungen wahr ſeyn / nemlich (1) Wann ſie von ehrlichen Leuten herkommen / die keinen Vortheil davon hätten / wann ſie lügen wolten. (2) Wann ihrer viel ſind / die eine Sache und Begebniß geſehen. (3) Wann von ſolchen Geſchichten etwas ſichtbares und handgreiffliches überblieben iſt. Es können zwar / ſagt er / auch etliche wahr ſeyn / wann ſich dieſe requiſita nicht alle dabey finden: Aber wo ſie alſo eintreffen / ſo wäre thöricht und grob / wo man daran zweiffeln wolte: Vid. d. l. C. I. Hierauf handelt er Cap. 2. bis 12. von etlichen Magiſchen Dingen / als dem Siebe-Lauffen / Pferde-Cur durch Worte / Characteren und dergleichen / vom Winde und Ungewitter / ſo durch Zauberey veruhrſachet werden / von dem Fahren der Menſchen in der Lufft / von Polter-Geiſtern in Häuſern / von Bezauberung der Menſchlichen Leiber / und von andern böſen Thaten der Zauberer / von ihrer ſchändlichen Vermiſchung mit dem böſen Geiſte / von welchen allen er alte und neue exempla aus Büchern und Erzehlungen anführet / dergleichen zwar noch mehr bey denen Autoribus, daraus er ſie allegirt, ſonderlich dem Wiero, zu leſen. Dahero ich auch bedencken gehabt / in dieſem meinem Werck andere Exem-

D 3 pel /

pel / als die ich ſelbſt mit gewiſſen Umſtänden erfahren / und ſolche zu gläuben mich convincirt halte / anzuziehen. Morus defendirt auch ſeine angezogene Hiſtorien, in Appendice Antidoti. C. II. rückt auch mit ein / aus Bodino / eine Erzehlung von Erſcheinung eines guten Engels C. 13. und hat darüber ſeine Gedancken C. 14., da er dann die Möglichkeit nicht leugnet / aber von der Frage / ob man dergleichen Erſcheinungen oder Magiam bonam, wie ſie etzliche nennen / verlangen und darüm beten ſolle / behutſahmlich antwortet / ſonderlich das dergleichen Verlangen aus keinem hochmuht und andern herkomen müſte / damit man nicht in Verführung und Betrug des böſen Geiſtes falle. Eine feine Lehre macht er hiebey und ſagt / die ſicherſte Magia iſt / daß man ſeine Seele aufrichtig GOtt aufopffere / und ſich dermaſſen erniedrige und vernichte / daß wir mit Warheit empfinden / daß uns das Lob von Menſchen nicht mehr beluſtige / und daß wir eine ſolche freye und allgemeine Liebe in uns ſpühren / daß wir über anderer Leute Glückſeeligkeit ſo ſehr als über unſerer eignen uns erfreuen: Die hierauf allein ernſtlich bedacht ſind / werden erlangen / was ihr Hertz begehrt; Die aber dieſe Stück verſäumen / und die Hände nach hohen Dingen / die ſie nicht zu hoffen haben / ausſtrecken / werden ihnen ſelbſt eine groſſe Beſchwerung und der Welt ein Spott ſeyn. Hiernegſt antwortet er C. 16. auf etliche Einwürffe der Atheiſten wider die Erſcheinungen und Wirckungen der Geiſter. Als da ſie ſagen / es ſey eine Einbildung / ja die Einbildung könne ſolche wunderliche Dinge ſelbſt / zum Exempel / ein Kriegs-Heer in der Lufft formiren, welches / ſagt er / ein gröſſer Wunder wäre / als alles / was man von Geiſtern lehret. Deßgleichen verwirfft er des Vanini Ausreden / als ob ſolche Dinge aus Dunſten (ex effluviis) der Cörper herkämen / welchen Schwarm der Epicurus erfunden; oder daß die Figuren am

Him-

Himmel von Dingen / ſo auf der Erden geſchehen / abgeſpiegelt und vorgebildet würden. Daß aber ſolche Geſichter geſehen / und von Geiſtern den Menſchen zur Warnung veruhrſachet werden / daran zweiffelt Morus nicht / und führt unter andern einen Beweiß aus dem ſonſt ungottesfürchtigen Machiavello, Lib. I. de Republ. C. 16. Ein Exempel fället mir noch bey von einer Magiſchen Pferde-Cur / ſo ich nebenſt andern ehrlichen Leuten von einem wollbekandten Edel-Mann in Thüringen der vor weniger Zeit im Fürſtenthum Gotha im Anſehnlichen Dienſten bey hohen Alter verſtorben / mehrmals ümſtändiglich erzählen und betheuren hören; Er ſagte / als er ein Soldat in ſeiner Jugend geweſen / habe er ein Pferd gehabt / welches ſich nicht habe wollen beſchlagen laſſen; Es habe ihm aber einer ein klein Säcklein einer Haſel-Nuß groß gegeben / darin etwas genehet geweſen / und ihn geheiſſen / ſolches dem Pferd / wann er es beſchlagen wolte laſſen / ins Ohr zu legen / ſo würde es ſtille ſtehen / das ſey auch geſchehen / und da ſonſt das Pferd durch viel ſtarcke Kerl / und in einem Noht-Stall kaum zu halten geweſen / habe es / ſo bald man ihm das Säcklein ins Ohr geleget / wie ein Lamm geſtanden / und vor Angſt geſchwitzet. Nach vielen Jahren / da Er aus dem Krieg nach Hauſe kommen / und ſeine Güter angetreten / habe er das Säcklein (ob er es wohl / weil das Pferd lange weggeweſen / nicht gebrauchet;) unter ſeinen Sachen gefunden / und aufgetrennet / darinnen ſey ein ſchmal zuſammen gerollt Pergament Zettelein / und darauf etwas in einer frembden Sprache geſchrieben geweſen / das habe er ſeinem Pfarrer / (den er in einem gewiſſen mir wolbekandten Dorffe ſelbſt zum erſten geſtifftet und beſtellet / und den ich gleicher Geſtallt wolgekandt) gewieſen / welcher die Schrifft geleſen / und mit Rabiniſchen Buchſtaben geſchrieben / dieſes Innhalts befunden. Der Herr des Pferdes wolle ſo lange des böſen

Fein-

Feindes ſeyn / als das Pferd / wann man es beſchlüge / ſtille ſtünde; Er / der Referent ſey darüber von Hertzen erſchrocken / und habe GOttes-Gnad und Verſchonung erkandt / daß er bey ſo unbeſonnen Fürnehmen durch den ihm zwar unbewuſten Gebrauch eines ſolchen Mittels keinen Schaden empfunden / hat auch / ob er gleich ſonſt ein Welt-Mann war / doch viel Jahr ſich als ein andächtiger und bußfertiger Chriſt bis an ſein Ende erzeiget. Proindeque pie Dn. Ahaſverus Fritſchius Cent. III. Der zufälligen Andachten / n. XII. p. 439. mei loco concludet: Wir haben woll Uhrſach mit dem lieben Gebet uns wider ſolche gefährliche Verſuchung zu verwahren / und eyfrigſt und ohnabläßig den Herrn unſern GOtt anflehen / daß er den Satan unter unſere Füſſe treten / und ihme keine Macht noch Gewalt über uns verhängen wolte. Ach! daß wir doch gläubeten / daß der Verſucher / wie ein brüllender Löwe unter uns herümgehe / und ſuche / welchen er verſchlinge! Die traurigen Exempel der Liſt und Grauſamkeit des hölliſchen Geiſtes / die wir täglich hören und ſehen / ſolten uns billig ein Schrecken einjagen und uns zu mehrer Wachſamkeit ermuntern. Weil das Ende herzunahet / ſo rumoret / wütet und tobet er unter den Menſchen deſto grauſamer. Wir haben nicht mit Fleiſch und Bludt zu ſtreiten / ſondern mit Fürſten und Gewaltigen / mit den böſen Geiſtern / die in der Lufft herrſchen; hierzu gehöret eine groſſe Krafft und Stärcke / die wir von oben herab durch ein nüchtern und ämſiges Gebet erlangen müſſen. Conf. Celeberrimi Theol. Dn. D. CHRIST. Kortholt / Theologiſche zur Beforderung der Gottſeligkeit angeſehene Tractätlein / Num. VII. p. 279. ſ. & in notis. p. 516. ſ. Dn. SCRIVERUS item. in dem verlohrnen und wieder gefunden Schäflein.

§. XI. Nunc tandem *Sectio ultima* Dn. CHARATINI nobis eſt examinanda: Warüm man auf dem Titel-

Bladt dem Gerichts-haltern und Predigen aufm Lande vor andern eine kluge und unparteyſche Betrachtung dieſer Kennzeichen recommandiret hat. Certum hic eſt ac conſeſſum, juxta §. I. p. 84, veritatis ſtudium ac ſolertiſſimum ſcrutinium omnino neceſſarium eſſe ſingulis, eo quod inſcitia ac ruditas fons ſæpius & origo peſſima fuerit multorum abuſuum; Nec diſiteor ego abuſus proceſſuum Magicorum, ut ſæpius monui, imo deteſtor inſcitiam judicum, qui naturalia â diabolicis diſtingvere non valuerunt, ut tamen cum Dn. Charitino nullo conſentiam modo, dum promiſcue eadem §. 2. *p.* 85. urget, daß / was wider die Kräffte der Natur / deren Ordnung / leges, motus & potentiam iſt / und doch Teuffeliſchen Kräfften zugeſchrieben wird / als fabelhafft / erdicht und abergläubiſch außzumertzen ſey. Superflue quidem jam hactenus ſingula iſta diſcuſſi, ut repetita tractatione opus non eſſe videatur, verum in gratiam Conſultiſſimi Viri muniam adhuc cauſam meam ex Viri per orbem & undiquaque Celeberrimi Dn. G. C. SCHELHAMMERI *Philoſophi, Phyſici ac Medici incomparabilis* judicioſa & ſolida ſententia; Sic ergo in *Tractatu* egregio, cujus titulus eſt: *Natura ſibi & Medicis vindicata*, *Part.* 1. *Cap. VIII.* §. *VIII. p.* 150. *ſ.* in genere ſcribit: *Longe alia eorum eſt ratio, quæ contra naturam contingunt: Sunt enim illa, quæ non ſingularium modo naturæ contraria ſunt, ſed ne ex legibus quidem univerſæ ſibi relictæ accidunt, verum contra eas, per vim quandam externam, motis præter omnem ejus rationem ſubſtantiis, eamque violant, atque ut dixi, corrumpunt: Ut quando ſolis ſplendor interceptus tempore paſſionis Domini, ejusque lumen penitus obſcuratum fuit: aut ſimiles vel majores etiam tenebræ in Ægypto obortæ ſunt: Si veneficorum ſagarumque ope pereunt homines ex cauſa non ſatis per ſe ipſam idonea; venti colliguntur ac nubes, in horrendas tempeſtates & tonitrua erumpentia: quæ*

 *acci-*

*accidere, fruſtra ſane ſunt qui negant. Item ſi corpora ſolida dæmonum ope per arctiſſimos meatus, aut anguſtias hiatuum adiguntur, & ſi quæ ſunt his ſimilia; qualia ſane eſſe plurima, dubitare haud poſſunt, qui prudentia, rerumque uſu inſtructi ſunt, & momenta hiſtoriarum recte norunt expendere. Quæ omnia non quidem ex natura ordine accidere, ſed neutiquam tamen ſuperare ejus vires, exiſtimandum eſt, ſed violentia aliqua, & vi ei illata perfici, ita tamen, ut etiam iſthæc ex legibus ejus fieri, nihil impediat.* Et cum *Cap. IX.* de eo, quid DEus poſſit, quid *dæmonibus*, quid *hominibus* liceat in naturam? peculiariter egit §. *IV. p.* 158. ſcriptum reliquit: Ad dæmones, inquit, *feror, qui, ut ſunt alibi quoque vafri, ſeque præbent difficiles, ita hic etiam: nam contentione quanta maxima de eorum potentia (intervenientibus ipſis, & hominum mentes pervertentibus) diſceptatur, aliis longe maximam, aliis exiguam iis tribuentibus, a'iis omnem ipſis abrogantibus: Qui enim, inquiunt, ſpiritui ſit in corpus poteſtas, cum corpus non niſi corpore moveri poſſit: ut hinc etiam mirentur, qui animæ in corpus noſtrum poſſit eſſe aliqua vis, & quomodo ipſi ſit conjuncta.* §. autem V. p. 159. ſolide reſpondet: *Neque enim, quod dubium hoc in univerſum moveant de ſpiritibus, cauſam video ullam. Nam primum, iisdem conceſſam eſſe poteſtatem corpora movendi, ſenſibus & experientia tot Seculorum tam eſt manifeſtum, ut mirum ſit, quemquam id auſum vocare in dubium, nedum negare. In id ſane op⸗s eſt, ejurare ſenſuum fidem, è medio hiſtoriam tollere, adeoque eſſe præjudicio occœcatum, ut quod oculis videas, manibusque palpes, non videre tamen, non ſentire tibi perſuadere antea labores & nolis vidiſſe. Non enim adeo perfricta fuerit frontis quisquam, ut obſeſſos fuiſſe unquam neget, reclamante tum Sacra Scriptura aperte, tum quotidiana infinitis exemplis, experientia? Sed hanc non admittunt: Impoſturæ ſunt, quæ referuntur, & hominum malitioſorum & callidorum fraudes, quibus illudunt,*

*ludunt ſimplicitati noſtræ. Quid vero ad ſacrarum literarum documenta regerunt? Ex malitioſiſſima interpretatione, & inaudita flexione ſententiarum detorquent, ne videatur adverſari. O perverſum hominum genus, qui Salvatoris miracula evertunt, ut ſuis ſomniis inſerviant!*

§. XII. Poſt ea & plura adverſus fanaticos adlata, §. *VII. p.* 164. concludit. *Sed agedum! ne inani verborum ſtrepitu eos videamur obtundere, redeamus ad rem, unde ſumus digreſſi, & veris, ac quibus reponi nihil poſſit exemplis, primum illud evincamus, obſeſſos reperiri: Cum eſſem in Anglia, hoſpitio utens, ubi Germani, Galli, Scoti, Angli, Poloni, Livones Sueci, Luſitani forte fortuna confluxeramus, & vivebamus unà, inter alios etiam, conſpicuos ſane viros, unus Hiſpanus erat, Vir ſupra modum doctus, graviſſimis moribus & catus. Is per annos plusquam duodecim in Americâ vixerat, & hinc varias linguas Americanas ex aſſe callebat. Cum ergo de Obſeſſis etiam inter nos incidiſſet ſermo, ipſum ſe diu, ajebat, de eorum, qui id præ ſe ferrent, ſinceritate dubitaſſe, ſed denique rei veritate convictum eſſe, cum præſenti aliquando talis ſiſteretur, variisque linguis Europæis, quarum ipſe erat peritiſſimus, fuiſſet locutus. Nam denique etiam Americanas ſe depromſiſſe: quibus ille, iisque variis, ſine ulla haſitatione reſponderet promtiſſime, & quidem ſciſcitanti de rebus in America vel ſe præſente geſtis, vel exiſtentibus, ſibique optime notis. Hinc per Galliam in Italiam iter proſecutus, cum eſſem Patavii, ſub ara ſancto Antonio ſacra, in crypta ſubterranea continebatur obſeſſus, cujus Dæmoni inhærenti Sacerdos imperabat pro lubitu, conjurans eum per Salvatoris nomen, febrim excitaret in obſeſſo, tolleret; momento citius præſtabat: Pulſus enim vehemens, frequens, celer, ac calor per totum corpus effuſus illico aderat, nec mora poſtulante id Eccleſiaſte, redibant omnia ad ſtatum priſtinum. Hic fortasſis etiam imponebat omnibus adſtantibus: aut vir ille inſignis, & ego, nul-*

*la mercede, nulli operæ pretio mentimur: iſti ſoli, dum hoc nobis impingunt crimen, ſine teſte fidem inveniunt: Movebant ſane tum dæmones linguam loquentis, pulſum febricitantis, aut nobis hæc ita videbantur. Si prius, evicimus; Si hoc, ad noſtrum ſaltem auditum, tactilesque fibras digitorum movebant ſpiritus, ab impoſtore ſpiritu impulſi.* Et ne fidem hanc ſuam quis frivole infringat §. *VIII. p.* 165. *ſ.* judicioſe adhuc ratiocinatur: *Quid autem alio teſtimonio opus eſt, Spiritibus in corpora eſſe poteſtatem ampliſſimam, ſi Dæmoniacos eſſe certum eſt? His enim tam mira accidunt, ita contorquentur membra, motusque corporis peraguntur adeo violenti, ut nulla natura vis eadem poſſit producere. Verum neque his opus fortaſſis eſt, ut oſtendatur, Spiritus corpora movere, ſuam modo quisque animam cogitet, quæ quid valeat in corpus patet. Miſerum enim ſane eſt, ad DEI ſtatim omnipotentiam & ſpecialem confugere concurſum, ſi quid illa agit, aut ſentit, quod per corporis commercium fieri, non poteſt negari, cum nihil obſtet credi, ſpiritus corpora movere, corpusque ſpiritum ſibi incluſum; quin experientia id fieri certo certius ſit compertum, usque adeo, ut Galenus (Vir ſane iſtis dubitatoribus longe ſapientior) ea de re integrum conſcripſerit librum; nam artem facientibus exempla quotidie ſunt obvia; multo certe frequentius, quam Philoſophis. Quod enim ajunt, eſſe ſubſtantias, toto celo diverſas adeoque commercium inter eas intercedere non poſſe, nihil eſt: Quis enim eos docuit ſubſtantias generis diverſi moveri atque affici ab aliis non poſſe, aut quo id indicio conſtat? Quin potius contrarium accidere toto die inter ſubſtantias corporeas, in aperto eſt: quidni ergo inter has & ſpiritus, qui quales ſint, ne quidem ſatis adhuc conſtat; Subſtantiam vero diverſi generis aliam movere non poſſe, merum ſuppoſitum eſt, non tantum gratis ſumtum, ſed etiam tale, quod cum experientia omnium ſeculorum pugnat adverſâ fronte, cogitque defenſores dogmatis, eam omnem ſumma impudentia abnegare.*

gare. Quinimo poſtquam cauſam commercii animæ noſtræ cum corpore ſuo diſerte peroraverat, §. *X. p.* 169. inde infert: *Id tantum volo: Si Anima poteſtas eſt in corpus, corporique in illam, & invicem ſe moveant, quidni ſpiritibus, infinitis prope modis eam ſuperantibus, & longe potentiſſimis, ſolutis omnibus vinculis & undiquaque liberrime agentibus foret conſimilis in alia? Tales vero eſſe dæmones, quis auſit negare, ſi modo, quæ Divinis enarrata leguntur mandatis non rejiciat impius, aut teſtimonia aliorum hominum fabulas, imo ſeculorum annales aniles nugas eſſe arbitretur. Quis enim non ſacro horrore perfunditur, cum relatum legit, Danieli ad apparitionem Angelorum ita fuiſſe exhauſtas omnes vires, fractumque animum, ut nec movere ſe, nec vel verbulum potuerit proferre? Quod non aliunde evenit, quam ab efficaciſſimis longeque maximis, ex Spirituum iſtorum eſſentiâ emanantibus, lateque ſe diffundentibus virtutibus, quibus creaturarum nulla citra interitus periculum poſſet aſſiſtere. Tamen potenti adeo Angelorum Principi Dæmon ille, qui Perſarum Monarchiæ præerat ex inferis legatus, per dies unum & viginti reſtitit, quo impediret mandata, de reditu Judæorum ex Captivitate Babylonica expedienda: neque adhuc eum vicerat, ſed nova cum ipſo pugna ſuſcipienda erat revertenti. Quantam ergo huic poteſtatem eſſe putabimus? & tamen negabimus tenuia corpuſcula poſſe talem movere?*

§. XIII. Atque ſic denique rem totam §. *XI. p.* 170. *ſ.* abſolvit: *Sed quid opus eſt verbis, cum omnibus ſeculis ea à dæmonibus perpetrata eſſe, conſtans rerum ſeries & hiſtoria omnis, tam ſacra, quam profana teſtetur, quæ miraculis maximis poſſent æquiparari? In quibus ſi multa falſa, anilia, fabuloſa, impoſturæ inveniuntur, an propterea omnia negare fas eſt, viris etiam ſapientiſſimis & falli neſciis memorata? Quid Moſes enim ipſe, in Ægypto à Magis perpetratum tradit? ubi nihil conata erat præpotens DEi manus, quod non illico imitarentur, niſi quod pediculos producere non poterant. Quod ipſum tamen non niſi ſuprema vi prohibente, & manum injiciente præpeditum eſſe conſtat, absque quâ fuiſſet, & hoc erat in facili. Uti quidem hæc levis eſt ſagarum opera, & veluti rudimentum ac primum ſpecimen, quo pueri ſolent quaſi initiari. Quam in rem operæ pretium eſt recentem admodum hiſtoriam, quæ nuper mea in patria accidit, narrare. Judex erat, publcica auctoritate conſtitutus, præfectus provinciæ, qui cum vetulam adſe vocatam de delicto ab ejus propinquo commiſſo*

ex officio percontaretur, ipsâ recedente, de ſubito ac velut uno momento pediculis plane ſe obrutum, obſeſſumque deprehendit, ut vel cibum capere importunitate iſtorum prohiberetur. Hic cum ex fama non optimæ muliere ſibi id obveniſſe mali, neutiquam dubitaret, eandem revocare jubet, remque exponit, interminatus ei graviter, niſi fateretur: illa factum negare, ſed ſimul contremiſcere, & non obſcura conſcientiæ læſæ ſigna dare, denique fuſtibus & comminationibus adacta, fateri non modo crimen, ſed etiam pari promtitudine ad unum omnes iterum ſuſtollere, virumque à miſero pariter & joculario malo liberare viſa eſt. At præſtigiæ hæ ſunt, pariter & Magorum Ægyptiorum opera; Imo vero, ſi Diis placet, etiam falſa: ſentiunt id ſcilicet afflicti, ni forte diabolus in tot partes diviſus, cuti ipſorum inſidet, & ſimili morſibus pediculorum dolore iis illudit, idque (quia ſpiritus) citra motum fibrillarum cutis. Quid mures commemorem, & alia, quæ noſtris temporibus itidem innocentes pueri, matrum lamiarum præceptis inſtructi, in judicum & Magiſtratus præſentia, plus ſimplici vice producere viſi ſunt ex pulvere; loquentibus id actis documentisque judicialibus, quæ qui negant, contra publica teſtimonia pugnantes, inſulſi ſunt, & rerum humanarum penitus imperiti quid corpora ſolida, ut crinium filorumque globos, ferramenta, lignorum fruſta, vi dæmonum in viſcera hominum & lacertos adacta loquar? quæ ibi vere exiſtere perſvadet dolor, omnesque ſenſus idonei, quicquid vitilitigent ſuper hâc re, in quorum regionibus prudentia dæmonum eadem rarius ſe dant obvia. Nam quidni hæc credam, poſtquam evehi in ſublime, & nubibus vehi Lamias Magosque impuros, indeque ipſorum dæmones, iis jubentibus, fulgetra ac tonitrua edere, jaculare fulmina, pecoribus aroribusque funeſta, Remigius, Vir digniſſimus fide, & harum rerum longe peritiſſimus, adeo reddidit certum, ut ſol in pleno meridie lucere clarius non poſſit? Unde & ipſe Wierus, primus omnium & maximus horum impugnator, cogitur fateri, præſtantiſſimos ſæpe Medicos â diabolo in hoc ludificari, quod ad naturales cauſas hæc referant, & fruſtra curationem tentent Medicamentis, quæ ejus propria ſunt verba.

§. XIV. Ne & objectiones ſuas crepent adverſarii, ut iis etiam ſatisfiat, §. XII. p. 172. /. ſequentem operam præſtat: Quid hic vero iſti? Negant. Quibus de cauſis? Præcipuam puto, quia non viderint: Deinde ob aliam duplicem, quarum prima eſt, quod naturæ repugnet, corpus à ſpiritu moveri; altera quod ſuperent naturæ vires, quæ con-

ſignata

*ſignata legimus, adoque miracula vera ab his ederentur, quod uni Deo reſervatum, â diabolo effici non poſſe, docent Theologi. Sed primum diluimus hactenus, addimus tamen & hoc: Non cogitant, qui id negant, quod aſſerunt argumentis oſtendi non poſſe: niſi enim perſpectam habeas naturam omnem, ut nihil te fugiat eorum, quæ fieri ulla corporum ad corpora applicatione poſſint, qui de eâ re certò conſtiterit? Ad alterum vero reſpondendum eſt, quicquid nobis videtur fieri ſecundam naturam non poſſe, id non ſtatim ſupra naturam fieri pronunciandum eſſe. Aliud enim eſt cum natura rerum pretenus pugnare, aliud præter modum ac conſvetudinem naturæ ſaltim accidere; Nam cujus ratio, quâ efficitur, imbecillitati mentis noſtræ, non patet, illud incognita nobis vi corporum naturalium effici, non repugnat. Quis mortalium credidiſſet, lunæ ſolisque defectus ex lege & neceſſitate quadam naturæ accidere, antequam hos interventu lunæ ipſius; Lunam terræ objectu occultari, Thales Mileſius deprehenderet: Quis cetera ſiderum, oſtentis ſimillima, ante eum intellexit, deſcripſit radio totum qui gentibus orbem? Taceo ex Magia naturali antea adducta, infinitaque alia. Et hæc tamen nulla Spirituum vi accedente, maxime ſecundum naturam eveniunt. Tam illuſtribus vero dotibus exornati ſpiritus, tot Seculorum experientia inſtructi, immenſa velocitate, vafritie, humanum robur ac vim omnem quam longiſſime ſuperantes, an non plurima vel ad naturæ præſcriptum poſſent patrare, quæ maxime mira nobis videri queant? Deinde etiam multa præter iſta efficere quidni poſſent, quæ tamen neutiquam miracula vera fuerint. Differre enim oſtendimus contra naturam quid agere, vim ei inferendo, ut præter leges ſuas aliquid admittere cogatur extra rerum ordinem; & ſupra naturam, extraque illam moliri, quod ſine actione corporis in corpus fieri haud poſſit: Hoc uni DEo concedi largior, at illud, quamvis nobis videatur mirum & forte ἐκ τῶν ἀδυνάτων, injuria tamen ita videri, exempla innumerabilia evincere videmus, quibus repugnare perinde ſtolidum eſt, atque virtutes dæmonum ex noſtro metiri modulo, cum ſubtiliſſimæ ſint, potentiſſimæ inſuper, & ſenſus tamen omnes fugientes ſubſtantiæ: An non præſtarent igitur, quæ homuncionum intellectus capere & penetrare neſciret? ſatiſve cauſæ ſit, quia non palpamus manibus, quod efficiunt, ideo negare, & tanquam falſum rejcere? Et vero, qui Princeps hujus mundi foret dæmon (at talem diſertis verbis Salvator ipſa veritas declarat) ſi vel pulviſculum, aut corpuſculum in eô volitans ex ſede ſua dimovere non poſſet? quod volunt, qui ſpiritibus in corpora vim omnem abnegant. Attamen mures*

*producere & animalia vera, concedendum non eſt, hoc enim eſſet creare! imo falluntur, qui id dicunt: Non enim ex materia producere creare eſt? Sed, inquis, qui poſſent ſine ſemine & ovulis? Poſſunt utique. Nam fruſtra gloriari qui putant omnem generationem æquivocam ſe ſuſtuliſſe è medio, ipſi pediculi, lumbrici infantum, aliaque multa loquuntur. Sic igitur exiſtimandum eſt, multa contra naturæ leges licere dæmonibus, quæ ſupra naturam eſſe exiſtimanda non ſint, etſi non ſecundum eam, curſumque rerum ſolitum eveniant, nec licere ex particula ſcientiæ noſtræ ad potentiam iſtorum argumentari; norunt enim ſine dubio exactiſſime, quibus modis, quibusque ſuis partibus invita natura poſſit cogi, nec ex corporum, quæ nobis apparent, externis qualitatibus conjectandum de eô, quod pati à tali potentia, maxima ſane & terribili idonea ſint. Eſt enim admodum ſimile vero, imo forte extra omnem dubitationis aleam poſitum, longe alia à ſpiribus pati apta eſſe corpora naturalia, quam ab aliis corporibus, atque id citra deſtructionem propriæ naturæ: quæ qualia ſint ſciri, nobisque niſi revelatione quadam impertita patere non poteſt. Sane contrarium qui velit aſſerere, id prius facere prohibetur, quam & corporum & ſpirituum naturam omnem habeat exactiſſime cognitam: At nunquam habebit quisquam! itaque experientiæ certiſſimæ eredi, eſſeque memorem oportet ejus, quod τὸ ὅτι primum ſit in ſcientia omni, idque omne ſenſibus pateat, τὸ διότι poſterius, ſed in multis naturali ratione evenientibus neutiquam aſſequendum, tametſi factum manibus palpari poſſit: quid ergo de iſtis ſperari poteſt, quæ in occulto ſunt? Ut vero illa, quæ quotidie accidunt, & ante pedes ſunt, propterea, quod eorum cauſas ignoramus, falſa eſſe nemo dicit, ſic multo minus in ceteris idem licebit facere. Valde ergo ineptire putandi ſunt, qui, quod ipſis videtur à ratione vulgari alienum, vel penitus accidiſſe negant, vel ad præſtigias referunt, & faſcinum oculorum; quod tamen ipſum admitti non poteſt, quin ſpiritus in corpora poteſtatem aperte ſimul permittamus: Saltem enim retina oculorum tunica movebitur, idque radiis ſolaribus vel alio corpore fieri neceſſum eſt, & hoc alio, eadem quæſtione ſemper in termino cogitationis occurſura. Sed hæ ſunt artes dæmonum, qui ut apud priora ſecula miſeris terræ filiis, editis ut videbatur, miraculis perſvadebant, ſe Deos eſſe, & poſſe omnia, ſic noſtro hoc, ubi præcluſis diverticulis ejusmodi, nihil amplius hoc argumento obtinere queunt, ſe impotentiſſimos ſimulant, & propemodum nihil eſſe, animis curioſulis, & vitæ licentiam tranquillitatemque conſcientiæ deſiderantibus eunt perſvaſum, cohibentes vim ſuam, & occultantes ſe,*

quo

*quo qui charybdim in tanta ſacrarum luce literarum facile evitant, in ſcyllam incidant, & ſuperſtitione ſublata, ad alterum extremum feliciter progrediantur: id permittente juſto DEO judicio, jam olim coſueto more, quo ſibi ſapientes viſi, iterum, licet alia ratione, ſtulti reddantur. Sed gaudeo in Galliâ tandem deſiiſſe iſtam ſtolidiſſimam ſententiam, quæ nullam in hæc inferiora ſpiritibus poteſtatem tribuit: occaſionem enim dedit virgula divinatoria; cujus beneficio fontes ſapientiæ veræ haut ita pridem detexit illa ingenioſiſſima natio: quod ſpem facit propediem fore, ut etiam Batavia reſipiſcat, cum paucis lemuribus ingeniorum in Anglia, & redeant ad communem omnibusque ſeculis probatam ſententiam: Certe recuſare id vix poterunt, qui nuperrime editas epiſtolas de hoc argumento ſine præjudicio expendent. Et hæc de Dæmonum in naturam poteſtate ſufficiant.*

§. XV. Scribat nunc ſuo placito *Conſultiſſimus* DN. CHARITINUS §. 3. *pag.* 83. daß Ungewißheit und Aberglaube der Gerichtshalter vergeſelſchafftet / und angeführet wird / von dem Eiffer und gleicher Unwiſſenheit derjenigen / ſo auffm Lande von Aberglauben und mehr als Knechtiſcher Furcht vor den Teuffel das arme bauer Volck abmahnen ſolten. Man findet Prediger auffm Lande / welche von Furcht vor den Satan und zauberiſchen Schaden ſo eingenommen ſeyn / daß ihnen kein Ochſe oder Kuh verrecken / kein Brauels ſauer werden oder ůmſchlagen / oder ſonſt etwas widriges begegnen kan / ſo haben es gleich der Satan und böſe Leute gethan: Scribat p. 86. Wie viel beſſer würde es ſeyn / wenn Prediger ihre Zuhörer zu einer kindlichen Furcht und Vertrauen zu GOtt anmahneten / daß ohne deſſen Zulaſſung ſeinen Gläubigen kein Haar kön-

te gekrümmet werden / daß der liebe GOtt viel Unglück auch natürlicher Weiſe geſchehen lieſſe / umb der Menſchen Sünde willen ꝛc. Sicut enim in omnibus officii partibus circumſpecte agere convenit, & prius omnibus videndum eſt Eccleſiæ MIniſtris, an quid liceat? an expediat? quia melius ſemper eſt providere, quam pœnitere. Vid. Matth. X. 16. XXIV. 45. 46 Luc XII. 41. 1. Timoth. III. 2. Tit. I 8. II. 2. 3. *Conf.* Dn. ZIEGLERUS, *De prudentia juris Chriſtianorum, Cap. VII.* & ex eo, Dn. RECHENBERGIUS, *De Officio Miniſtri Eccleſiæ*, §. *XXXIX*, ita cautelis & obſervationibus inſtituuntur eidem, ne quid nimis aut minus ſuſtineant: interea proh! fex ſeculorum, quoad *Indifferentiſmum & Libertiniſmum*, præſens noſtrum ævum, eò graſſatur, ut homines multi cauteriatæ conſcientiæ, omne rationis & conſcientiæ dictamen excutiant, juris naturæ ſanctiſſimas & ad commercium inter homines conſolidandum vel ipſis cordibus inditas & inſcriptas leges nauci habeant, nec ipſis revelatis & θεοπνεύστοις libris parcant; imo exhorreſco! referens, adverſus ipſum Summum Numen Trinunum, Meritum Chriſti, Sacramenta & Miniſterium Verbi, irreconciliabili odio multi furunt, hoc venenato gradu & modo, ut ſibi non dari DEum perſuadere ad tempus ferociter moliantur, minimum talibus opinionibus ac placitis conciliari velint, ex quibus per pronam conſequentiam metus DEI cum ipſo Numine non poteſt non abigi, ac quicquid in gratiam humani generis credendorum & agendorum nomine communicatum, enervari, ſupplantari inque plenum exilium ejici: Abs altera parte *ſuperſtitionis* hyæna, præpoſtera illa DEum colendi ratio, ſuos habet pervicaciſſimos ſectatores, qui *directe* prævaricantur adverſus revelationem, inſtinctus naturales pro divinis habent,

habent, cupiditates, quibus indulgent, cum cultu divino ſtare poſſe autumant, ac ἐθελοθρησκείαν fingunt; nec ſolum id, verum & multoties *indirecte* adverſus cultum divinum ſerociunt, dum mediis gratiæ abutuntur, ſpiritibus creatis plus quam decet, tribuunt, aſtris inhiant, inter metalla, mineralia, vegetabilia ac animantia perverſe vagantur, characteribus, punctationibus, amuletis, ominibus, ſortibus & luſibus aliis illicitis conciliantur, fatalitat. temporum, locorum, nominum & caſuum acciti ſunt, & divinationibus, quarum vix numeri ac nomina ſuppetunt, miſere diripiuntur. In illis vero ſingulis pravæ inclinationi, imaginationi, credulitati, futilibus ratiociniis & innumeris præjudiciis omnia tribuunt, nunquam quieti aut pacificati, & ſingulis, qui recta & vera monent, offenſi, moleſti, plus quam vatiniano odio iisdem adverſantes, ac irrationabili pertinacia oppoſiti. Inter hæc hominum monſtra & cum his draconibus, leonibus, urſis ac pardis decertandum dum Miniſtris Eccleſiarum ſit veraciter, fideliter, prudenter & indefeſſis operis, curis, anxietatibus atque inexſolubili officio, quis non arbitraretur munus ac onus hoc ſuum eſſe Angelicis humeris vix portabile. Non effluxerunt anni adeo multi, cum Magnus Eccleſiæ noſtræ Doctor in tres claſſes diſpeſceret S. Miniſterii formandos Canditatos, & *infimæ* Claſſi poſt diligentem Bibliorum & Agendorum lectionem injungeret, ut Theologia Thetica ſolide addiſceretur, exercitiis Oratoriis practicis frequenter exculta; *mediæ claſſi* dictitaret eruditionem poſt jam dicta, in Antitheſi, Libris Symbolicis ac Hiſtoria Eccleſiaſtica, comparandam; *ſummæ* vero tribueret magis diſquiſitos labores, Linguarum, Exegeſeos, Controverſiarum, Caſuum & ſic porro: Aſt bone DEus! in

quæ tempora hodie nos reſervati ſumus! ubi adverſus ſanctam Bibliorum revelationem, adverſus Myſterium Trinitatis, Unionis Perſonalis, Satisfactionem Mediatoris, Sacramenta & Miniſterium inſanire, veritati ac piis monitis recalcitrare, & quicquid ſancta religio explicat, nauci ducere parum habent, qui *Atheiſmo*, *Fanaticiſmo*, *Indifferentiſmo* & *ſuperſtitioni* mordicus adhærent, juſtam animam Lothi excruciant, & nec comminationibus divinis, nec juſto aut decoro alio moventur: Nec querendum id modo datur, iſtiusmodi perverſas animas curias ac emporia occupaſſe, dum in ipſis pagis & tuguriolis proh! multoties hæreant, & ex mediocri Paſtorum ſcientia cachinnos & cavillamenta ſua impropitii cudant. O! quanta ergo eruditio, quam ſolicitæ meditationes, quot lacrymarum rivulis madefactas ardentiores preces, & quali pietate ac prudentia temperatiſſima non requiretur moderatio abs omnibus & ſingulis, qui in vinea DEI fideliter laborare volunt? Certe ſi unquam, hic commode redibit heroica Dn. Lutheri commonefactio, quâ *præfationem Catechiſmi Majoris p.* 396. abſolvit, ita ſcribens; *Quare nunc iterum omnes Chriſtianos obſecro obteſtorque, inprimis vero parochos & Concionatores, ne præmature Doctores fieri velint, ſeque omnia ſcire falſo ſibi perſuadeant. Nam ut falſis ponderibus atque menſuris, ita & vanis perſuaſionibus multum decedit, cum ad juſtum examen exiguntur. Quin potius quotidie his ſtudiis exerceantur, eademque ſedulò inculcent. Adhac omni curâ ac diligentia caveant, ne deteſtandâ contagione ſecuritatis præſumtionisque corripiantur, ſed in hoc præcipue incumbant, ut legendo, docendo, diſcendo, cogitando & meditando omne tempus conſumant, nec antea deſiſtant, donec re ipſa compererint ac certi fiant, quod Satanam ad mortem perdidicerint, doctioresque facti*

*cti ſint DEO & omnibus Angelis ejus. Quod ſi hanc diligentiam adhibuerint, ſancte ipſis promitto, ac re ipſâ iidem etiam experientur, quod magnum inde fructum ſint conſecuturi, & quod excellentes viros Deus ex ipſis facturus ſit, adeo ut ipſi etiam aliquando fateantur, quod quo magis Catechiſmi doctrinam repetunt, iterantque, eò minus ipſam apprehendant ac ſciant, ſed neceſſe habeant perpetuò illam diſcere. Ex quâ quidem re fiet, ut tum demum veluti eſurientibus & ſitientibus placere ac ſapere illud incipiat, cujus nunc præ nimia ſaturitate ac faſtidio ne olfactum quidem ferre ſuſtinent. Quod ut fiat, DEum precamur, quo gratiam nobis ſuam largiatur. Amen.*

§. XVI. Non evenient his, qui ſtudia, ut monui, & apte & ſolicite tractant, iſta πλεγμάτα, quæ Dn. CHARITINUS §. 4. ſ. p. 86. acerbius urget, Non enim inſipido lati zelo ſunt, nec eclipſi ſolis & lunæ, aut portentis & monſtris nimium, quam par alicubi eſt, tribuent, de cometis etiam felicius informabuntur, ut *Dn. Baylii* ſimul alios errores accipiant; nec clericli ſtatus pallio indigebunt, quod an induerint? nondum eſt demonſtratum, ſicut & callide, ſed tamen pie ad limina Principum verſabuntur; Quinimo, quod ad *Magiam* in ſpecie attinet, cujus rei cauſa denuo & amplius adhuc ſe movet Dn. CHARITINUS §. 12. ſ. p. 92. ſ. proceſſum hunc judiciis prompte ac lubenter relinquent, neque in denunciatione juſta, & ſine intemperie affectuum præſtita, aberrabunt, & indicia legitima â ſpuriis diſcriminari diſcent; modo ipſis iterum & reciproce verbi divini veritas, adverſus diaboli regnum & omnes ac ſingulos ſathanæ ac ſuperſtitionum gregales, ſancte explicanda, & decenter ac ſobrie applicanda, relinquatur: Bonum item ſervare & malum rejicere compotes erunt, atque velut ſu-

ſpectos libros averſabuntur, nec ſine diſcreti judicij lance SPEJI & BEKKERI ſcripta ponderabunt, qui SPIZELII Tractatum, von der gebrochenen Macht der Finſternis/ adhuc admirantur; ita in bonis ſcriptis FREUDII, GOLDSCHMIDII & BERENDSENII caute ac circumſpecte occupabuntur: Denique gratulabuntur judiciis, ubi exſpirat omnis injuſtitia & iniquitas, modo, ut libertas ipſis mihique maneat, publiec adhuc ſignificandi & ſub finem hujus Tractationis profitendi, quod conſequentia illa: Si indicia aliqua Magiæ ſunt ſuſpecta, inſufficientia, quin abſona & falſa, ergo non datur magia, non competit diabolo iſtiusmodi operatio, non invenitur ullum tale commercium hominum cum ſathana & ſathanæ cum hominibus? Ipſis omnino & ſuſpecta ſit & falſa, ad hanc namque illationem inferendam ac robore juſto inſtruendam nil conducent DN. BAYLII, *Reſponſes, aux queſtions d' un Provincial*, quam vere ſiquidem â *Cap. XXXIII. ad XXXIX.* Autor iſte judicioſas obſervationes exhibuit circa magiam, tam vere magiam ipſam credidit, quod ex Tractatu ipſo facile oſtenderem, niſi *A. E. L. Anno MDCCIV. p.* 437. compendium jam dediſſent dicendorum & his quidem verbis: *Amico ſciſcitanti: quanam pœna multare oporteat, qui incantationibus ita dictis in perniciem aliorum utuntur? diſtinctius Cap. XXXV. reſpondet, ita ut ſceleratos ejusmodi in tres claſſes compingat. Eſſe videlicet alios veros Magos, alios imaginarios ſolum, alios nihil fidei præſtigiis iſtis adjicere. Quod veros Magos attinet, quique expreſſo ſe pacto Satanæ tradiderunt, ut ejus auxilio peſſimi ſui deſiderii fiant compotes, illos ipſo facto ultimum incurriſſe ſupplicium pronunciat, cum omnes malitiæ numeros expleant, qui abnegato DEo, cui tanquam Creatori rerum omnium & corpus & animam ſe debere ſciunt, Satanam ejus & generis humani hoſtem*

*hoſtem veſano impetu ſectantur. Illos vero, qui nullum contractum cum diabolo iniere, cum eo tamen paciſci, inque militiam ejus tranſcire conati ſunt, ut licet deluſi à quodam panurgo, falſa alantur opinione, ſe adſtitiſſe ſacris nocturnis, jam ſibi integrum eſſe nocere hominibus, beſtiis &c. nihilominus pœnam mereri capitalem, cum furia agitentur nefanda, ac deteſtabili operi proxime ſe accingant. Si regeras, hujusmodi farinæ homines, qui lamiarum tripudiis ſe interfuiſſe garriunt, dementium cenſu habendos, atque ad Medicorum ſudatoria potius, quam ad tribunalia ablegandos eſſe: tum ita ſentit Noſter, ut judicio ægrotantes, maniaci aut viſionarii carcere includantur, donec reſipiſcant; qui vero recto rationis uſu nequicquam abſimiles ſunt aliis mortalibus, creduntque firmiter, ſe commercium cum ſatana exercere, quin & in votis habent illud longius continuare, velut deſertores & blaſphematores divini Numinis puniantur. Accedere enim, quod tales ad demerendam orci gratiam nihil melius ſibi proficere autument, quam ſi veneno paſcua inficiant, amicis toxica propinent, infantum abortus procurent, morbos ac contagia immittant, milleque alia hujus generis atrocia perpetrent. Cum ergo publico vivant terrori, referre ſane tranquillitatis civilis, ut carcinomata illa quantocyus extirpentur. Urgenti forte: ineptias communitur adhiberi in veneficiis iſtis, resque nullius efficaciæ; replicat Noſter: ſufficere utique, ſi imaginarii iſti præſtigiatores opinentur, poſſe taliſmodi quisquiliis mortem vel damnum inferri, quin & è quotidiana ſciant experientia, qualia ſecum mala imbecillitas atque error popularis ferre ſoleat. Quod denique illos concernit, qui magiam quidem fabulis accenſent, carminibus autem & faſcinis aliorum interitum moliuntur, neque eos à crimine vacare oſtendit. Nihil enim intereſſe, ſive ferro aut veneno alterum perimas, ſive rebus caſſis te armes, eâ ſub intentione, ut alteri vitam extorqueas. Quodſi ergo*

*ſcele-*

*ſceleſtum propoſitum triſtem poſt ſe trahat operationem, homicidii reatum nullo ſubterfugio declinaverit. Aliud dicendum putat, ſi quis jocandi animo alteri, quem confidentiorem exiſtimarit, quam ut verbis ſe moveri patiatur, faſcinum minatus ſit; ubi ſi præter ſpem adverſi quid eveniret, inconſiderantiæ ſolummodo nota tali impingi poſſet.* Conſpicuum ex illis ſingulis eſt, quid BAYLIUS ſenſerit, & quorſum pertineant ea verba ac res, quibus *Conſultiſſimus* Dn. CHARITINUS §. *XIII.* Sectionem ſuam ultimam & totum Tractatum ſuum finivit. Propoſueram hic mihi ſyllabum adjicere materiarum ac thematum, ubi Scientia falſo ſic nominata occulitur, domitat aut dominatur, præloque paratum eundem ac plene elaboratum jam abſolvi, hac methodo, qua Illuſtris Dn. Thomaſius publicavit den Summariſchen Entwurff der Grund-Lehren/ die einem Studioſo Juris zu wiſſen und auf Univerſiteten zu lernen nöthig / & in hunc mihi conſtitutum finem, ut Theologiæ Studioſis demonſtrarem tam ex veteri, quam Novo Teſtamento, quanta eruditionis veræ atque ſolidæ ſit amplitudo, & quot harpyis ſcientiarum falſo ſic nominatarum appeteretur? Peculiariter & cum illis lubenter decernerem, qui eo furunt, ut vel ipſos genuinæ veritatis Doctores ac religioſos defenſores hujus ſcientiæ falſo ſic nominatæ inſimulaverint; Quemadmodum & Sectionem III. Poriſmaticam lubens perſequererer: Verum cum præla ultra nundinas Lipſienſes protrahi noluerint, hinc memor illius: Quod differtur non aufertur! crenam hic figo, referens DEO Trinuni Gloriam Omnem.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406319/phys_0055
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003406319/phys_0056
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003406319/phys_0057
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003406319/phys_0058
DFG

*hoſtem veſano impetu ſectantur. Illos vero, qui nu*
*ctum cum diabolo iniere, cum eo tamen paciſci, inq*
*ejus tranſcire conati ſunt, ut licet deluſi à quodam pa*
*ſa alantur opinione, ſe adſtitiſſe ſacris nocturnis, ja*
*grum eſſe nocere hominibus, beſtiis &c. nihilominus pa*
*capitalem, cum furia agitentur nefanda, ac dete*
*proxime ſe accingant. Si regeras, hujusmodi farin*
*qui lamiarum tripudiis ſe interfuiſſe garriunt, demen*
*habendos, atque ad Medicorum ſudatoria potius, qu*
*bunalia ablegandos eſſe; tum ita ſentit Noſter, ut j*
*tantes, maniaci aut viſionarii carcere includantur,*
*ſcant; qui vero recto rationis uſu nequicquam abſim*
*liis mortalibus, creduntque firmiter, ſe commercium*
*exercere, quin & in votis habent illud longius contin*
*deſertores & blaſphematores divini Numinis puniant*
*dere enim, quod tales ad demerendam orci gratiam*
*ſibi proficere autument, quam ſi veneno paſcua infici*
*toxica propinent, infantum abortus procurent, morbo*
*gia immittant, milleque alia hujus generis atrocia*
*Cum ergo publico vivant terrori, referre ſane tranq*
*vilis, ut carcinomata illa quantocyus extirpentur.*
*te: ineptias communiter adhiberi in veneficiis iſtis, re*
*efficacia; replicat Noſter: ſufficere utique, ſi im*
*præſtigiatores opinentur, poſſe taliſmodi quisquiliis*
*damnum inferri, quin & è quotidiana ſciant experie*
*lia ſecum mala imbecillitas atque error popularis f*
*Quod denique illos concernit, qui magiam quidem*
*cenſent, carminibus autem & faſcinis aliorum interi*
*tur, neque eos à crimine vacare oſtendit. Nihil enim*
*ſive ferro aut veneno alterum perimas, ſive rebus caſ*
*eâ ſub intentione, ut alteri vitam extorqueas. Q*